



LIBER


De exemplis centum geniturarum.

PROOEMIUM.

NE C temere, aut leui ex causa, harum geniturarum ullam subiungimus, cum vnaquaque aliquid admiratione dignum habuerit. In eis tamen, quæ priuatorum sunt hominum, non erit difficile, tum vniuersam illorum vitam describere, tum etiam quod vera scripserimus persuadere. In Principum dispositionibus exponendis, longè maius arduum negotium erit differendi, maximum vero persuadendi: tum quia Principes, ex regnorum significatoribus, maximam suæ fortunæ vicissitudinem habent, qui nullum proprie illorum genitura testimonium exhibent: tum etiam quòd maledicere viuentibus eis sine periculo, laudare sine adulationis suspitione, non possimas: nec si omnino hæc malis & infortuniis vacent, facile quisquam credat. Quidam vero Principum corpora, animumque in totum à caelestibus causis absoluunt, quemadmodum Firmicus. Licuit sanè hu, qui etiam deos ipsos appellauere, ob vanam superstitionem: nobis autem, qui veram colimus pietatem, quique nihil in astris superstiosam, sed tanquam naturales causas obseruamus, minima licet. Sed ut calore, frigore, doloribus omnes homines sine discrimine vexantur: sic non negamus Principum corpora animosque mutari violenter, & leniter ad bonum malumque deflecti.

Sequitur figura exempli primi geniturarum.

I.



Latitudines Planetarum.

Saturnus	2	12	Sep. D	Venus	1	30	Mer. A.
Iupiter	1	3	Sep. D.	Mercutius	1	34	Sep. A.
Mars	0	11	Sep. A.	Luna	4	53	Sep. A.

Cum Ioue stellæ parnæ, naturæ Saturni & Veneris.

Cum Marte stellæ paræ geminorum, naturæ Saturni, & sunt 5.

Cum Venere stella pedis geminorum, magnitudinis tertie, natura Mercurij parum Veneris.

Cum Mercurio & ascendente parna stella, natura Saturni & Mercurij.

Cum ascendente, id est, iuxta finitorem visus, coascendit minor canis.

Cum imo cæli spica virginis, natura Veneris, parum Mercurij: & arcturus in Boote, naturæ Iouis, magnitudinis primæ.

Multa in hoc viro præclaro, egregia fuere.

Primum carminum suauitas elegans, qua per vniuersum orbem celebratur. Præstat hoc Iupiter in domo Mercurij, in quadrato Veneris, existens cum pede gemini, naturæ Mercurij, & parum Veneris: & ipsa fuit similiter in trino Lunæ, & ipsa erat intercepta à radiis Iouis oppositis. Et ideo suauiloquentiam præstat hæc constitutio, qua maiorem præstare non potest.

Secundum est, profunditas sensuum cum studio maximo. Præstat hoc Mercurius in ascendenti gradu iuxta Solem, in sextili Saturni, quod in amplissimum auxit coascendens minor canis bebenia, naturæ Mercurij. Atque eo modo auctoritatem cum doctrina & eloquentia coniunxit.


Tertium est, perpetua manens ac indefessa gloria, ut etiam in Hispanicam linguam transferit. Ostendit hoc spica virginis in cæli imo constituta.

Quartum

Quartum est, cœlibatus & orbitas: nam decimam Sol aspiciet de quadrato, & Mercurius ex angulo, fortis uterque quintam Sol & Mercurius de trino equidem, sed ex sterili signo, Iupiter de quadrato in sterili existens, Saturnus de sextili non in fecundo signo. Habuit igitur filium, quem Iupiter significavit infortunatus, qui brevi superiuit.

Quintum est, significatio Mercurij linguarum pluralitatem dantis, percussit enim latinam linguam, ac græcam: semper enim Mercurius fortis pluralitatem dat linguarum, maxime cum Soli propinquus extiterit. Sol etiam in Oriente, longam vitam decernit. Iupiter autem in secunda, religionem, hoc etiam plerunque facit.

I I.



Cum Ioue fuit quasi aldebaran, Cum Marte stellæ tres parvæ, naturæ Saturni, parum Mercurij. Cum Sole iuba ceti, magnitudinis quartæ, naturæ Saturni, & culpis corna arietis, magnitudinis tertiar, naturæ Saturni & Martis.

Cum Mercurio australis post linum piscium parva, naturæ Saturni ac Iouis.

Cum Luna stellæ ex aqua aquarij, naturæ Saturni, parum Iouis.

Cum ascendente stella, naturæ Iouis, & Saturni, magnitudinis tertiar: & Soli & Martis, magnitudinis quartæ, & fuit ibi vultur cadens in lira magnit. primæ, naturæ Veneris & Mercurij.

Cum corde cœli fuit spica Virginis, & arcturus in boote, naturæ Veneris & Mercurij, & Iouis regales: verum distabant ad sequentia, parte vna & media fere.

Plurima in hoc viro & bona & mala fuisse.

Primum, cum Venus, ascendens de trino respiciat. Venus vero in tauro dominetur, blanda verba, eloquentiam, & gratiam apud homines præstat hæc constitutio.

Secundum est, diversarum linguarum non vulgaris peritia, plurimarum scientiarum cognitio. Præstat hoc indubie Luna in quadrato Iouis cum Aldebaran existentis, & stella cum Mercurio de natura Saturni & Iouis.

Tertium fuit, exilium quasi perpetuum:

quod Mars ascendens dominus, combustus cum lino piscium significabat, Luna aspiciente ascendens.

Quartum, fortuna in quinta, plures exhibet filios, Luna respiciente ex signo multorum filiorum.

Quintum fuit, nominis magnitudo. Præstat hoc spica virginis & Bootes in cœli medio, & vultur cadens in ascendente.

Sextum, plurima, si quisquam alius, volumina è græco vertit, mediocri eloquentia latina, quoniam eo tempore Latine literæ adhuc frangebant, & ipse Græcus natione, vir plurimum fellis & mellis habens: nam ut clarum est, infortunæ Soli, Mercurio, ascendenteque prædominabantur. Poggius & Iacobus Cremonensis, græcarum litterarum ignari, iubente Nicolao pontifice, plurimas illius translationes, suppositio nomine occupare. Vir vagus, subdolis, mellireis verbis, robustus, vafer, inconstans, laboriosus multiscius, longævus.

I I I.



Latitudines Planetarum.

Saturnus	1	50	Sep. D.	Mars	0	13	Sep. A.
Jupiter	0	30	Sep. A.	Venus	3	40	Mer. A.
Mars	0	9	Mer. D.	Luna	2	11	Sep. A.

Cum Ione vola leonis, magn. quartæ, naturæ Iouis & Martis.

Cum Marte, stella magnitudinis quartæ, naturæ Martis, & Apollo secundæ magnitudinis, naturæ Mercurij.

Cum Veneræ stellæ tertiar & quartæ magnitudinis, formæ genitorum, naturæ Saturni & Martis, & cum ea etiam est cælis ardens, naturæ Iouis, & parum Martis.

Cum ascendente stellæ naturæ Saturni & Mercurij, ambæ parvæ, ex forma Cancri.

Non pauca in hoc viro adnotatione digna fuisse.

Primum fuit longitudo vitæ, cum 83 excesserit annos. Præstat hoc Sol fortis in ascendente cum Ioue.

Secundum fuit, doctrina suo tempore non contemnenda, græca latinæque. Hæc indicabat Mercasius in virgine, in Saturni quadrato

drato, & Veneris sextili: & Mars cum Apolline, naturæ Mercurij.

Cumque Venus in cancro foret, in duodecima, cum Marte in sextili Mercurij, Mercurio etiam in quadrato Saturni, & ipsa cum cane ardente, & stellis naturæ Saturni & Martis, non obscure declarabat hominem omni libidine flagrare: unde & ob puerorum concubitus, & mulierum raprum infamis habitus, ab inimicis publice laceffitus, multa etiam incommoda perpeffus est. Quid enim flagitij addi poterat, si Venus vtrique infortunæ & Mercurio iungebatur. Malum etiam ingenium & feditiosum ostendit.

At quia cor Scorpij, secundum gradum erat in imo cæli, & Aldebaran in medio, id est, in decimæ initio, clarum hominem literis, etiam post fata demonstrat. Aspicit autem loca Mercurius & Venus, trino ac sextili vicissim, nec homini obfuit, nisi temporum calamitas, quibus bonæ perierant literæ.

Nam Sol cum Ioue iunctus, in sextili Saturni, & dominus ascendens indicauit studiosum, laboriosum, seuerum, agrestem, ac præter vitia Catonianam quandam asperitatem præferentem, superbum, cogitandum, ac memoria insigni præditum, incolumem.


Saturnus etiam in Sagittario, in trino ascendens, indicauit vulnus in facie.

Iupiter combustus & Mercurius in quadrato Saturni, dat inopiam, labores. Venus sola fauet, unde plurimas duxit vxores, primam rapit. Significabat autem occasionem victus, Mercurius in secunda, in domo propria.

Luna in quinta, filios promittebat, Saturnus malos.

Illud verò non parum animaduertere conuenit, quod in hac & prima & sequente genitura videre licet, Martem in cancro, in duodecima, aliquam cum doctrina & eruditione habere significationem, inimicosque debilitare. Sunt autem virorum eruditorum signa 4. Taurus, Cancer, Leo, & Aquarius: raro autem aliud ascendit signum, si regula in Trapezuntio exceptionem etiaitur.

I V.



Saturnus cum pede boreali cancri, naturæ Saturni Mercurijque magnitudinis quintæ.

Iupiter cum stella extra formam cancri, naturæ Saturni & Mercurij, magnitudinis quartæ.

Mars cum stella, magnit. 4. naturæ Mercurij, parum Veneris.

Sol cum asino magnitudinis quartæ, naturæ Martis & Solis.

Venus cum eadem, cum qua Saturnus.

Ascendens cum Apolline, naturæ Mercurij, magni: secunda.

Coascendit etiam Orionis cingulus, naturæ Saturni & Iouis, quo nihil validius.

Cor cæli cum ventre piscis, quartæ magnitudinis, naturæ Mercurij & Iouis.

Imum cæli cum facie virginis, magnitudinis quintæ, naturæ Mercurij, parum Martis.

Sed nec præfens genitura pauca habet præcipua.

Primum est, ætatis longitudo, quam ostendit Sol in ascendente, in leone, & cum Ioue. Venus etiam & Saturnus in ascendente, augent robur vitæ, plurimos tamen præstat malos affectus. Vixit igitur annis 79. completis.

Secundum est, immensus studendi amor: nihil enim aliud faciebat. Dat hoc cingulus Orionis coascendens, & Saturnus addit patientiam & labores. Apollo dat ingenium, & similiter cingulus Orionis, sed pigrum: insignem tamen memoriam. Et ita fuit iuris vtriusque doctor, Medicus & Mathematicus.

Tertium fuit, occultarum doctrinarum notitia. Necromantiæ peritia tanta, vt omnes ætatis nostræ superauerit. Humidissimo cerebro. Præstat Saturnus in ascendente, & Luna in sexta, in sagittario, in trino Mercurij. Publice credebatur spiritum familiarem habere, quod & ipse fatebatur ingenue.

Quartum est, quod amisit omnes dentes in 58. anno, deinde vixit 21 annis sine vlllo dente. Et fuit debilis visus, quia Solem infortunabat asinus cum eo existens, & Luna erat in sexta in via lactea: quare oculi ambo erant viciati, & erant albi & parui, & ingenium aliquantulum turbidum. Saturnus autem cadens in cancro, signo humido combustus, abstulit dentes: & forte stella existens cum Saturno, addidit malitiam.


Quintum est, quod bis bibit venenum, quod nescio an vnquam cuiquam hoc contigerit. Hoc significat Saturnus infortunatus, cum Venere sub infortunata, quia sub radiis Solis iungitur in fortunæ infortunatæ, primum habuit annorum 23. secundum anno 50. & primum fuit Arsenicum, sublimatum & secundum erat venenum terminatum. Et cum eo alij sumperunt, qui perierunt, & ipsa euasit: remansit autem tremor cordis, qui durauit 56. annis. & hoc videtur contra Galeni experimentum cum vixerit valde senex, sed non est.

Sextum est, quod fuit vir, integritate incomparabili, alter quidem Cato, liber in dicendo, iustissimus olor vitiorum: & hoc est, quia Luna

Luna erat in domo Ionis, in trino Mercurij existentis in domo Solis, & Luna erat domina ascendentis, & Iupiter cum Sole in propria domo & prima.

Septimum, quod erat timidus & aggressus neglector rerum, minime amator suorum, sed quasi vir omnino rigidus. Præstat hoc Saturnus combastus in ascendente.

V.



Iupiter cum ala virginis, naturæ Mercurij, parum, magnitudinis tertiæ.

Mars cum luminosiore lancis borealis, magnitudinis secundæ, naturæ Saturni, & parum Martis: & cum præcedente lance australi, magnitudinis quartæ Mercurij & Martis.

Sol cum dextro humero Orionis, magnitudinis primæ: & cum dextro humero aurigæ, magnitudinis secundæ, ambabus naturæ Martis & Mercurij.

Venus cum duabus stellis de natura Saturni, & quasi cum dextro Orionis humero, quantum ad ascensionem, naturæ Martis & Mercurij, magnitudinis primæ.

Luna cum eisdem, eum quibus Mars.

Ascendens cum Apolline, magnitudinis secundæ, naturæ Mercurij: & cum eo ascendit cingulus Orionis, de natura Saturni & Ionis, stellæ tres, magnitudinis secundæ glomeratæ.

Imum cæli cum ala virginis, naturæ Mercurij, parum Martis, magnitudinis tertiæ.

Fuerunt in hoc viro præcipua hæc.


Primum singularis doctrinæ cupido, ac in studio perseverantia, in quibus, ob stellas quæ ad exortum feruntur, cum præcedente, veluti fato quodam, ita desiderio ingenti communicavit: ac Venus in ipso horoscopo constituta, & Martis radiis ac Lunæ amicis fulta, orandi studium auxit, eloquentiam facundiamque addidit, ut inter celeberrimos nostri temporis Oratores haberetur. Nam cancer semper lingue impedimentum affert, Mars tamen & Venus hoc sustulerunt quin etiam blandam sermonis gratiam contulere: verum, ut ex orationibus suis videro licet, lachrymabile mœstumque semper aliquid continere videntur, cum virtus cinguli Orionis trium Planetarum vim superet.

Secundum fuit nominis claritas, Principum familiaritas, ordo Senatorius. Hæc præstant luminaria cum stellis insignis magnitudinis iuncta, Sol quidem cum humeris Aurigæ & Orionis Luna cum splendidioribus lancis, quod non tantum quam habuerat dignitatem promiserant, sed in futurum tempus longe maiorem, si supervixisset. Saturnus autem iuxta cæli cor, tardos honores ostendit.

Tertium fuit, eruditio græca latinaque tanta, ut illud primum nescires, Græcus esset an Latinus. Multa artium diversarum doctrina, iurisque peritia accedebat. Apollo Venusque in horoscopo hoc præstant, Lunaque in Veneris trino constituta cum stellis egregiis.

Mortuus est violentissima hæmoptoi, quoniam Luna damnata in Scorpione cum Marte fuerat, eiusque radij quadrati in Leone. Sol vero cadens, dispositionem vitæ ascendenti reliquerat, itaque dilata mors est, per Veneris annos 8. nam trigesimo quinto directionis anno, ruptum est vas in pulmone in fine quadragesimi secundæ obiit. Eo autem anno Saturnus gradum revertentis anni occupaverat. Stellæ autem ex lance Marti & Lunæ copulatæ, violentissimum morbum effecerunt. Manifestum est etiam ex his quæ dicentur, quod longæus esse non poterat, Marte, Saturno, Luna, ascendens cum Veneris respicientibus, cum luminaria debilia essent, nec ullus locorum vitæ dispositos adesset.

VI.



Saturnus cum præcedente flexus piscium, magnitudinis quartæ, naturæ Saturni, & parum Mercurij.

Iupiter cum dextro Orionis humero, magnitudinis primæ, naturæ Martis & Mercurij & cum dextro aurigæ humero, magnitudinis secundæ, naturæ præcedentis: corpore autem iunctus summitati clauæ Orionis, magnitudinis quintæ, naturæ Ionis & Saturni: atque quartæ stellæ adiacentium cornu boreali tauri, magnitudinis quintæ, naturæ Martis, in via actæ.

Martis est inter Vergilias, sunt autem naturæ Martis & Lunæ,

Luna est cum cauda arietis, magnitudinis quartæ,

quartæ, naturæ Veneris.


In Occidentis angulo est regulus, vbi & Iouis sextilis.

Et si nihil aliud esset egregium in Pontifice, hoc solum, ipsum est egregium maximumque, fuisse Pontificem, quod ex priuata conditione ad regnum, & ex mediocri dignitate ad summam gloriam ascenderit, vel industria, vel virtute, vel fortuna, quodcumque horum fuerit, maximum esse necesse est. Verum non solum in adipiscendo fortunatissimus, sed & in administrando sapientissimus, & reipub. Christianæ utilissimus habitus est. Carolo enim Quinto contra Turcas pugnant, auxilio semper fuit.

Nec minus in priuata vita laudandus, comis, Græcis & Latinis literis non mediocriter eruditus, mathematicarum non expertus, ac reliquarum doctrinarum non ignarus. In victu parcus, laborum patiens, vt nec amplius vel à priuato iuvene iure exposceres.

Præstat sapientiam Mercurius, in trino Iouis optime collocatus, adipiscendæ dignitati, fuit Leonis cor, in Occidente in Iouis sextili, cum ad cæli medium peruenit in annis 67. Verum vltimam fortitudinem habet hæc genitura, eo quod Iupiter cum quatuor stellis, quarum duæ insignis sunt magnitudinis, optime collocatur. Passus est pericula non parua, ob Martem infortunatum, qui in quadrato hæc ascendit. Longæum etiam ostendit hæc positio.

VII.



Iupiter cum aquarij tertia aquarij, magnitudinis quartæ, naturæ Saturni, parum Iouis.

Mars cum latere dextro persei, magnitudinis secundæ, naturæ Saturni & Iouis, in initio lacteæ viæ.

Sol cum dorso Pegasi, magnitudinis secundæ; naturæ Martis & Mercurij: & cum ventre piscis, naturæ Iouis & Mercurij, magnitudinis quartæ.

Mercurius cum alia ventris piscis, magnitudinis & naturæ præcedentis.

Luna cum vulture, magnitudinis secundæ, naturæ Iouis & Martis, in initio viæ lacteæ

Ascendens est cum duabus stellis, naturæ Veneris & Saturni, magnitudinis quintæ. Coascendit etiam crus Pegasi, magnitudinis secundæ, naturæ Martis & Mercurij.

Cor cæli cum fronte Scorpij, regius locus est, naturæ Martis & Saturni, magnitudinis tertiæ, ac spica virginis ad cæli medium posita est.

Existimo principem hunc, si non ad tollendam immanium Turcarum rabiem, ad compescendam saltem fuisse progenitum: nam cum & in cæli medio & in corde cæli, & in ascendente, & cum Marte, Sole, ac Luna, regiæ stellæ aut insignes sint constitutæ: constat nil maius ad priuatam vitam accedere potuisse, nam de publicis, regnorum initia habere oportuisset, recte iudicaturum. Robusto igitur ac salubri agilique corpore fuit, nisi quod Luna in horoscopo humiditatem auget, facitque infirmiores supernas partes. Prudenti consilio, laborum patientissimus, linguarum plurium gnarus, in præliis victor, in pace fortunatissimus ac sapiens, in periculis audax. Indiæ magnam partem iamdudum incognitæ suo adiecit imperio. Infubriam expugnauit, & Africæ partem. Terrori Turcis fuit, vt nec eum, quanquam cum ingenti exercitu essent, expectare ausi sint. Gallorum regem Pontificemque non solum vicit, captiuosque habuit. Huius tempore penè totus orbis, cuius maior pars longe latuerat, cognita est: datae leges Antipodibus. Aetate ferrea hæc, vt nil tertius, ita nil mirabilius, miseras tamen seculi gloriosi Principis magnitudo, clementia, felicitas, prudentiaque flexere. Vtinam non nobis Philopæmen sit: ad extremum enim cum deducta sint ingenia, artes, industriæ, orbis cognitio, librorum multitudo, Principis summa cum virtute fortuna, verendum est, ne vltimos conatus natura effinxerit.

Causa autem ex cæcis genitura, tantæ fortunæ, secundum causas naturales est: quoniam Sol, Iupiter, Venus & Mercurius in aëneo signo sunt coniunctionis trigoni nunc prædominantis, ibidem etiam cæli cor est constitutum.

Secunda est, Luna in ascendente cum vulture volante, & Iupiter in secunda: in his enim locis, & non in aliis, maxima bona pollicentur. Non enim erit pauper, cui Iupiter in secunda: nec malam experietur fortunam, cui Luna in ascendente.

Tertia est, quoniam cæli cor in regiæ Scorpionis stellarum glomeratione constat, antecedentibus radiis amicis Solis cum dorso Pegasi. Iouis Lunæ, Mercurij, Veneris autem sequentibus, quo nihil melius potest excogitari.


Veruntamen, etsi (dixi) hæc faueant gloriæ suæ, nihil minus non ex astris genituræ tanta felicitas procedere potest, sed illa æterna ac constituta diuinæ mentis series qua secundum successionem in maximis mundi ordinis statuta lex est, germinauit.

Crus Pegasi coascendens, agilitatem corporis præstat.

Mars

Mars cum dextro latere Persei, præstat fortitudinem & tollerantiam, ac corporis robur. Habet autem stella hæc ad imum cæli posita, quoniam pluribus omnino periculis sponte exponetur.

VIII.



Saturnus cum stellis de natura Saturni positus est.

Mars cum regulo in imo cæli positus est, de natura Iouis & Martis. Item cum pectore leonis, naturæ Saturni & Veneris. Item cum ceruice leonis, naturæ Saturni, & parum Mercurij.

Mercurius cum genu sinistro virginis, naturæ Mercurij & ♀.

Luna cum cauda cygni, magnitudinis secundæ, in via lactea, naturæ Veneris & Mercurij.

Ascendens cum pede geminorum, magnitudinis quintæ, naturæ Mercurij & parum Veneris.

Cor cæli cum duabus stellis vertebræ aquarij, altera magnitudinis quartæ, altera quintæ, de natura Saturni & Mercurij.


In hac genitura, cum planetæ in virgine clariores Sol & Iupiter, in præcedente autem, in piscibus sint constituti: Marsque huic & Venus in Leone, illi in tauro Saturnus & Mars: hic Mercurium in libra, Lunam ille habeat in capricorno. Oppositis igitur pugnantibusque planetis, nil mirum, si bellis cladibusque yniterfam Italiam ac Europam penè totam vsque ad infidelium pericula conturbantur, semperque succumbente fermè Rege, quoniam Cæsaris plaræta aqueum signum possident. In quo trigono nunc magna coniunctio viger: hoc enim vniversale est omnibus legibus, regnis, principibus, priuatis artificibus, vt tantum gratia apud homines & fortuna valeant, quantum in trigono, in quo magna versatur coniunctio, planetarum fortunatorum habuerint: maxime vero in hoc Solem inspicere oportet. Porro Christianam legem fouet igneus trigonus, Mahumeti aqueus: vnde à 150. annis citra secta illa inualuit. Fundata enim est post Saturni Iouisque congressum in scorpione factum, in anno 630. annis autem postmodum 4. legem promulgauit, vel vt quidam volunt, promulgata est ex anno 619.

coniunctio autem præcesserat in anno 610. in piscibus. Porro Christianam legem præcessit eodem anno promulgationis magna coniunctio in leone. Christum exorientem maxima coniunctio in arietis initio præcessit 6. annis: exorientem Mahumetem in initio cancri anno domini 590. non maxima, sed magna tantum coniunctio.

Sol igitur & Iupiter, & caput in virgine in ascendens quadrato, & Mercurius in trigono, ingenium, bonasque animi & præclaras dotes decernunt. Mars autem cum regulo iuxta cæli imum, fortitudinem & militiæ peritiã non mediocrem præstant. Ob egregias igitur animi virtutes, suffragante Solis, capitis & Iouis optima coniunctio, post multa prælia infœliciter gesta, post captiuitatem & filios obfides datos, & regno restitutus, & sororius victori tandem factus, gloriosam & rege dignam tanto agit vitam, vt non tam ab hoste victus, quam aduersam fortunam superasse credatur. Passus est plurima in corpore incommoda, quoniam Iupiter combustus & cadens in ascendens quadrato est positus, erit igitur hoc totum ex epatis debilitate.

I una cum cauda Cygni, affectura regni, cui stella præest ostendit.

IX.



Saturnus fuit iuxta spicam & iuxta bootem, altera regia, altera bebenia, naturæ Iouis & Veneris, & parum Mercurij.

Sol cum ceruice leonis, magnitudinis secundæ, naturæ Saturni parum Mercurij: & fuit iuxta regulum, naturæ Iouis & Martis.

Venus cum sequente 4. alæ sinistra virginis, naturæ Mercurij, parum Veneris, magnitudinis quartæ.

Mercurius cum duabus stellis paruis, quarum vna est genu dextrum leonis, naturæ Iouis & Martis, & est in eclipcia.

Luna cum cauda piscis antecedentis, magnitudinis quartæ, naturæ Saturni, parum Mercurij.

Ascendens fuit cum tibia dextra aquarij, magnitudinis terciæ, naturæ Mercurij, parum Saturni.

Cor cæli fuit cum regia societate stellarum extra formam scorpj, naturæ Martis & Lunæ.

Imum

Imum cœli fuit cum stellis extra formam tauri, naturæ Martis.

Et si minus felix exitus huius Principis fuerit, angustumque regnum, quoniam tamen & virtutum amator insignis, & genitoris nostri fautor fuit, ea causa breui oratione quæ huic contigerint, perstringam.

Admirantur quidam felicem genituram infelici exitu terminatam, & prudentiam detestantur, quæ tam infantum finem habuerit. Saturnus etenim genituræ dominus in octauo, cum Venere & ala virginis, plurima decernit mala: in libra autem in propria domo, nam iam suprâ diximus incongruam fore mixtionem Saturni & Veneris, præsertim in octauo loco. Stellæ vero, quæ iuxta cum erant, prodesse non potuerunt, quoniam posteriores fuerant partibus duabus. Cumque esset Sol in Leone, à septimo exiens, quo in loco Franciscus pater, qui regnum acquisiuit, in cancro habuerat, & ipse ad reguli complexum trinum Martis excipiens, qui in ariete fuit, Iupiter vero in piscibus in ascendente. Saturnus in libra exaltabatur, & Venus in eadem domina constituta, paternum regnum restituendum fore tot testimoniis confirmatum est: verum non hic ita felix ut pater, licet & ipse in sexto loco Solem habuerit, quoniam non in aquo signo fuit. Sole Luna popularem auram promittebat. Iam igitur felicitatis regni adepti, consilii que ratio aperta est: nam & Mercurius cum cauda molestiam animi auget, Iupiter autem in horoscopo blandam conuersationem, longævamque fatis vitam, nec omnino imbecille corpus pollicetur, quamuis aliquando longa ægritudine fuerit detentus.

Cum vero nullæ fixæ stellæ potentioribus hærent planetis, solaque cervix leonis præ naturæ Soli esset coniuncta, regulus autem esset posterior, regnum vero ipsum ad alienum esset transiturum. (Nam Francisci Sfortiæ, qui illud acquisierat, Sol non fuit in angulo constitutus, nec regni copulatis, quorum utrunque, vel postremum saltem expetebatur) abrumpi ius regni hæreditarium in secunda successione significabant. Aderat & trigonus aqueus, huic minime fauens, præsertim cum Sol & Saturnus abessent, cœlique medium atque imum, ac Luna infelicibus syderibus iungerentur. Quamobrem in anno 46. exactæ restitutionis, ascendente tauri sine, cum Iupiter ad Solis quadratum in taurum decimæ domus pervenisset, atque ibidem Saturnus ad anteriores partes constitutus. Cœli vero cor ad Martis quadratos radios. Iupiter autem tunc cadens erat in octava in capricorno, caudæque iunctus. Mercurius vero & Mars cum Sole positi, vicissim urgebant urgebanturque. Ostendit hæc constitutio maxima perpeffurum. Ruente igitur regno, bello spoliatus, fraude captus eo anno est: mortuus autem in carcere, ut fama etiam veneni, quinquagesimo quarto ætatis anno, cum septem annis miseram in latroniis traxisset vitam.


X.




Decus eloquentiæ, os Romanum, cor leonis in horoscopo, Solem, caudam, Mercurium, Venerem, ac Martem cum eo habet: inde facundia & autoritas summa decernebatur. Eadem fermè Petrarchæ affuerunt. Illi nihil decrat, huic nihil adici potest. Cauda cum Sole domino horoscopi, acutum ac versutum, semper autem violentum decernit finem. Adiuuat decreta Saturnus Iupiterque in scorpione triplicitatis signo, in qua tunc magna coniunctio celebrabatur. Sic Arpinas ille muniticeps, Rex quidam Romæ erat: quod & inimici eius passim & palam ei obiciebant. Martis in ascendente radius, Saturno & Ioni hostilis, violentæ mortis decreta confirmat, sed auget potestatem: quia Mars scorpionis, & Iupiter leoni dominatur, trigoni causa. Porro Luna causa mulierum decernit incommoda, & non satis ab initio firmam valetudinem: nam vitæ longitudinem decernit Sol in leone in horoscopo. Horum omnium causa, tantus fuit eloquentia, eruditione, prudentia, ac potentia, miseroque sine trucidatis, amputata etiam illa manu, quæ tot sui monumenta nobis reliquit: caput verò eius in rostris, in quibus tanta cum gloria totiens populum Romanum moderabatur, in sui que vertebat admirationem, fortunæ ludibrio, & Marci Antonij scelere positum est. Et quamvis nos minime lateat forsitan hoc tempus certum hand esse posse, quodd ante Cæsaris fuerit emendationem, cuius Macrobius meminit: hand tamen de Sole, cauda, Mercurioque ac Marte, & Venere: quod in leone, tum Saturno & Ioue, quod in scorpione, dubitari potest. Paucorum dierum error esse potest, quod & verisimile existimemus, hand Lunam eo loco positam. Verum nos rationem temporis sumus secuti, quam omnes, & præcipue Plutarchus, tradiderunt. De ascendente etiam ratione nulla est ambiguitas: solus igitur locus Lunæ hand exploratus relinquetur.

Hanc

XI.



XII.




Hanc veram genituram Lutheri, non eam quæ sub anno 1484. publicè circumfertur, esse seito. Nec tanto negotio minor genitura debetur, aut tali genituræ minor euentus. Existimo autem non intelligentes huius artis fundamenta, eam corrupisse: nam nec illa robore huic æqualis est, nec si damnare velis, deest hic quod possis accusare. Nam Mars, Venus, Iupiter que, iuxta virginis spicæ cœnunt ad cœli immum ad vnguem, vt ex horum conspiratione regia quædam potestas decernatur, sine sceptro: sunt enim erraticæ sub terra. Porro quòd ad religionem pertineat, iam sapius adeo dictum est, propter spicam virginis, vt repetere pigeat. Incredible igitur quantum augmenti breui tempore habuerit hoc dogma: nam Germaniæ maximam partem adegit, Angliam totam, multasque alias regiones, cum adhuc viuat, nec vlla est prouincia ab huius sectatoribus immunis, præter Hispanias. Fernet mundus huius schismate, quod, quia Martem admixtum habet & caudam, soluitur in seipso: infinitaque reddit capita, vt si nihil aliud errorem conuincat, multitudo ipsa opinionum ostendere tamen possit, cum veritas vna tantum sit, plurimos necessario aberrare. Porro firmitatem dogmatis Sol & Saturnus cum lance meridionali, in loco futura coniunctionis magnæ ostendunt, cum diu trigonus ille iam dominaretur. At Luna iuxta ascendens, longitudinem decernit vitæ: verum cum Soli Saturnus adiungatur, pro tanto rerum motu, nullam dignitatem præstat. Obiit 17 Februarij, hora 14. minn. 30. post meridiem, Eislebij vbi natus erat.


Ad te igitur primum venio ô Erasme, nostrorum temporum magnum decus Cicerone tanto minor, quanto Romanum imperium Germania maius, quantoque Italus Barbaro, ad eloque ntiam iatura pronior est, & quanto facilius est in genuina lingua quàm asciticia eloquentem euadere. Vicisti tamen cœli improbitatem eloquij suauitate, multarumque scientia linguarum, plusque tibi barbaries debet, quàm nocuerit. Affulsit cum Mercurio Venereque virginis spica, Lunaque cū nodo acumè ingenij, & perpetuum fortunæ augmentum, quod sapius testati sumus quoniam in horoscopo sit, præstabat. Hos omnes Iupiter ex nona, trigona radiatione benigne fouebat cadens, & ex duplici signo. Vnde quamuis sacris imbutus, non pro virtute dignitates est consecutus, sed linguarum multitudinem, vt septenarij numeri perfectionem impleverit, scripturæ sacræ amplam cognitionem. Porro & Mars ipse Iouem offendit, & morbos etiam in sexto loco reuertentes facit: calculo enim frequenter vexabatur. Saturnus in septimo non parua pericula, plurimasque insidias inimicorum: Luna cum cauda & cum Sole posita, nam minus duabus partibus distat, negat filios, & vxorem, quoniam etiam secreta quædam cum in scorpione sit, non probat, causam vero calculi etiam auget. Vixit annis L X X. & in hoc felix, vt nec ad studium tempus deesset, nec ad ineptias & ludibria superabundaret.

Ego non aliam tanto viro, si detur facultas etiam eligendi magis opportunam genituram inueniam, namque radij vtriusque infortunæ Sol, Luna, Mercurius & Venus liberi sunt: at Venerem in horoscopo spicæ virginis iunctâ esse, insignis cuiusdam in dicendo leporis, in tractando dexteritatis est argumentum, cum etiâ præter id non paruum in fortuna præbeat augmentum. Mortuus est, cū Venus figuræ domina & vitæ, ad Iouis oppositum Martisque quadratum peruenit. Nec tamen omnis qui talem habuerit genitaram, Erasmo æqualis erit, sed plures (quod alias diximus) præter hæc reuolutiones prosperas, quemadmodum Erasmo, succedere necessarium erit.

XIII.



XIV.



NE ego etiam nostrum ciuem vel inuidia prætermittam, vt illud mihi obiici possit, Ω ἀχαριστοὶ δαυνοὶ δαυνοί. Et potuit tamen hic iure prætermitti, cum scripserit fallacem hanc esse artem, atque publicè puniendam, freus quibusdam legibus tunc leueris atque iustis, quòd orbis horum nebulonum imperitia impleatur, qui sine sciètia, sine studio, sine iudicio, vel auaricia vel spe etiam Imperia in discrimè mittunt, falsas promulgantes prædictiones. Has vsus irritas fecit, quod temporibus succedètibz apparuerit, hanc disciplinā, si quis ea dexterè vteretur, magno commo-
ἀδέρρη humano generi accessisse: sed hæc forsitan *ἀδέρρη*. Ideo ad primum reuertamur institutum, cum enim propositum foret, eos qui aliquid laude dignum in publicum ediderint, his exemplis tantum inserere. Quāquam hand me lateat, aliquos fore è nostra vrbe, qui sic omni virtute omnique splendore ornati sunt, vt non minimum hic commodum essent allaturi, si adiicerentur, Alciati tamen genituram hic solum posui, quòd citra suspensionem *καλαρίης* fieri posset: multa enim viuens edidit lecta digna, cum vix alij à fato id impetrare potuerint, tum inter tot barbarorum expolitorum congeriem candorem Latinæ linguæ retinuit, & aliam insuper græcam adiecit. Decertat vnus candore eloquij cum Budæo non solum, verum cum Erasmo, & si nostro iudicio acquiescendum esset, felici Marte. Porro grauitate longe præstantior, facile id est, si epistolas epistolis, orationes orationibus conferas. Quare ne iniuria huic operi adiunxerim hanc genituram, cuius excessam hanc virtutem Venus in horoscopo posita trigonoque Lunæ ac Saturni mutuo vtrisque cum ea, in humanis signis, Luna vero etiam cum virginis spica posita decernunt. Porro Saturni quadrata radiatio, ad Martem Mercuriumque ac caudam simul iunctos intenta, ingenium quidem acre præstat, reliqua non probat, vt si ex angulo foret, violentæ mortis discrimen immiteret. Sed & sic etiam obstat Ionis ex angulo fortis sextilis, atque vt video, omnia dilucida sunt.

Proximum studiis autoritate magnitudinèque stipendij hunc adiecimus. Sic lingua & eloquentia aded inferior, vt quasi barbarus. Quis enim illi conferetur dicendi suauitate, qui vel Lunam vel ascendens, vel dominum genituræ cum virginis spica habuerit. Melliflua ex hoc sydere facundia profuit. Cum Seruator expiraretur, Iouem & virginis spicam in ascendenti gradu habuit. non quòd illarum opera indigeret, qui stellas ipsas condiderat, sed nec ieiunio nec precibus indiguit, qui Deus esset, optima tamen quæque nullo causarum ordine permutato sumpsit. Sic & temperaturam & formam, vt his commode vteretur, non quòd hæc illi esset necessaria, vt amētillimus quidā qui illū aqua superstitie ob corporis æqualitatem mentiebat, imò potius insaniebat: nam & Petrus ille Piscator fluctibus hand mergebatur. Digredior à proposito, sed potius rapior extra orationis limites, tanta est seculi nostri labes. Alij aded augment naturalium causarum vires, vt ad monstruosas interpretationes Astronomiam retrahant, Alij quod humanum est, diuinum etiam esse volunt, confunduntque hominis ac Dei munera.

Incerta est hora genituræ huius, dies minime: igitur quod clarum est exponemus. Luna cum Mercurio iuncta in humano signo, tum cum Sole & Marte in Saturni domo ingenium, memoriam, patientiam, ad disciplinas aded illustres præstant, vt superaddi nihil ad decreta possit. Auget decreta Formahant cum Mercurio, & Luna & Mars Solque cum cygni cauda, rara syderum conspiratio, raris euentus. Philosophus, medicus maximis in arte perfunctus honoribus, magna rerum scientia. Galeni disciplinam commorientem excitauit. Porro de moribus cuiusquam dicere nominatim, inuidiosum fuerit, aut suspicione plenum.

X V.



Non impares sumus antiquis, si absit inuidia. Hic enim non solum ob rei euentum, sed etiam ob diligentem genituræ obseruationem mihi dignus visus est, vt inter singularis doctrinæ viros, etsi Barbarus, adnumeraretur.

Expofuit Galeni artem parua, Ptolemæique libros quatuor iudiciorum, quæ opera extant, in linguam nostram cõuerfa. Exiitimo & reliqua, nam cum plura edidit, in propria lingua superesse. Magnus pro arate sua Astro-nomus, Philosophus, Medicus. Ostendit vi-ri excellentiam omnium erraticarũ constitutio super terram, Lunæque cum Ioue sextilis; cum ille in cœli medio esset, cum stella cui nomen inditum est vultur cadens in horoscopi, habens potestatem, & ex summo cœli ver-tice ipsum cum Sole aspiciens. Sapiencia igitur à Sole, fortuna à Ioue declaratur, ab vtrif-que autem vita. Porro quodd Iupiter in ca-pricorno cadat, cadẽsque Sol Lunam in scorpione cadentem in octaua quadrata radiatio-ne respiciat, declarat impossibile fore, quin multa in vita sua incommoda passus sit: quæ tamen, quodd maxima ex parte ignota sint, aut noluerit referre, nescimus. Fit autem, vt hic magnam fortunæ partem in iuuentute media sit consecutus. Fuit autem propter Veneris constitutionem, quæ cum Saturno est, & in Martis sextili, profligatæ libidinis.

X V I.


Baptista Carmelitani poëta.

Est aliud antiquæ imitationis exemplum in Baptista Carmelitano, qui vt patria, sic arte Virgilium est consecutus. Vincitur ab illo fateor, cum præter linguæ Latinæ nunc detimenta, hic nullum inuenerit Augustum. Cum enim plurimum auxilij literis boni Prin-cipes ferant, vatibus etiam sunt necessarij, quod carmina proueniant animo deducta se-reno, cum reliquæ disciplinæ studio magis ac diligentia pareant.

Habuit igitur hic cum regulo Martem in Lunæ trino, vtroque in Iouis sextili existen-te: tum vero in Mercurij quadrato, qui cum Venere erat. Igitur Mercurius cum in domo Veneris sit, & illi iunctus, Poetam procul-


Tom. V.

dubio facit, obscurum tamen, nisi adicietur Mars, fouet tot illustratus auxiliis, sed quod maius est, caput Ioui iungitur: ipse autem cum Saturno ascendens respicit. Cum autem Iupiter capiti iunctus fuerit, poetas procul-dubio faciet, tum maxima si Veneris aut Mer-curij testimonio confirmetur: erat autem Iu-piter cum Orionis constellatione, hoc enim



enim nomine stellarum multitudinem intelli-gimus eius figuræ, quæ tamen in signifero omnes continentur. Luna in horoscopo constituta, longuam semper decernit vitam, & animum vario mentis ardore æstantem. Cum vero Venus & Mercurius cum capite Algol constituti sint, in quadrato Martis, vio-lentæ mortis periculum indicit. Per hæc om-nia igitur transiens, ad extremam senectutem charus Principibus peruenit, innumeraque sui laboris monumenta reliquit: quorum præ-sentia viuens gaudebat, nunc autem illorum testimonio post obitum per multa secula fa-ma extendetur

X V I I.



Præcedentis memoria genituræ effecit, vt Francisci de Canona nostri ciuis haud ob-liuisceremur.


Hic tam clarus testudine fuit Musicus, vt charus etiam foret multis Principibus, tum Pontificibus, Leoni, Clementi Paulo. Træxi:

R r 2 in

in sui admirationem cunctos iam non solum sui æui, sed præcedentium Musicos vincens vnus qui doceret cogitationem arte posse superari. Multis muneribus auctus ex paupertate euasit. In vulgari causa singularem gloriam assecutus, præstat hoc illi Iupiter cum scorpionis corde in horoscopo, in Solis Mercuriique quadrato, cum tam Iupiter quam Mercurius in suo sint domicilio: at vero Sol & Mercurius Lunam, & ipsam in tauro existentem trigona radiatione respiciunt. At Venus in nona cum regulo, & in Saturni trino, non solum apud Principes gratiam, verum etiam causa honorum quæ ad religionem pertinent, rem propriam augendam pollicentur. Huic olim cum genituram mihi ostendisset, annum selegi, quo & dignitatem & præmium esset consecuturus, nec frustra tam firmis præceptis & tam claris aded genituræ argumentis. Hac vix meliorem possem, quod ad erraticas pertinet, se ligere genituram, maximeque pro fortunam qua natus est, felicem eum esse reor si modò ascendens transitum super Martis corpus, quadratumque Saturni à quo non longe abest, ferre poterit.


ceps Achillinus præfationem, nec parnam ediderit. Mortuus est anno 1504. ætatis 37. Violentæ mortis argumentum est Luna, in septimo loco constituta, ascendenti inimica, & cum capite Algol, & Iupiter inter vergilias in eodem septimo ab ascendente peregrinus. semper enim Luna in septimo loco constituta, mortem subitam, & inopinatam, vel omnino graues affert infelicitates, quod plusibus exemplum genituris confirmari videbis. Cæterum quod ad eruditionem pertinet, Mercurius est in aquarij constellatione, de Saturni natura, in Martis domini genituræ radio sextili cum capite, & in quarta. Mortuus vero est, cum Luna ad Mercurij pervenit quadratum, & ascendens ad Martis corpus. Mercurij autem radij ante ascendens & Martis, ostendebant cuius naturæ, & qualium morum esset. Sol, caput, & Saturnus in quinta, filios negabant, nec coniugium, nisi iam sene eo expectandum, est autem capricornus Mercurij trigonus.

XVIII.



Ἡ χηρα εἴτι ἡ πτωχή, πλείον πῶτα βέβληκε τῆς βαλλόντων εἰς τὸ γαστροδικτιον, non de fortuna, sed de voto seruat loquitur. Admiratione digni sunt, quicunque ultra vires aliquid audent. Tonfor, mendicus, literarum ignarus, Physiognomiam ac Chiromantiam eo studio aggreditur, vt librum vulgarem ediderit latina lingua, & suæ ætati foret admirationi. Nam præter reliqua, moriens, tabellam fertur reliquisse X L V. viro- rum, qui biochanati essent morituri, quod & ipse testatur: nec præter duos qui adhuc supersunt, ex tam numerosa turba, ab eo mortis genere quenquam euasisse. Res profus miraculosa digna, si maior de illo non vulgata esset. Ferunt enim multarum artium diuinatoriarum scientia, mortis & genus & diem præuidisse. Armasse se, cum nesciret quem haberet inimicum. Eadem tamen die, qua sibi metuebat, clava ictus, occidit: quod offendisset Bætiuolos vrbis dominos, prædicens eos breui regno pulsandos, quod & euenit. Nec solum plebi, sed & eruditis clarus habitus est, cum in opus suum illius ætatis philosophorum facile prin-

XIX.



Locus coniunctionis luminarium natiuitatem præcedentis 28.48. Virginis.

Saturnus est cum dextro humero Orionis magnitudinis primæ, & cum dextro humero aurigæ magnitudinis secundæ, ambabus de natura Martis & Mercurij, & cum stellula de natura Martis.

Sol cum vltima alæ sinistræ virginis, magnitudinis quartæ, naturæ Mercurij & parum Veneris.

Saturnus	M.	D.	1	40.
Iupiter	M.	D.	2	0.
Mars	M.	A.	0	36.
Venus	S.	D.	0	52.
Mercurius	M.	A.	2	36.
Luna	M.	A.	4	20.

Quantquam magnorum exemplo viro- rum, Hieronymi, Virgilij, Dantis, qui se tacite illustribus hominibus non veriti sunt adnumerare, tueri me possem, non tamen tam hæc vltima est inter egregias, quam inter eas quæ maximas infelicitates decernunt, prima. Itaque cum quidam huius artis non expertes eam vidissent, meam esse posse negarunt

negarunt, argumento sumpto, quod nec vitæ qua hucusque fungor, nec vilius dignitatis vestigium inuenirent. Quamobrem ne ut amici illi, sic & tu in diiudicando fallaris, cum hæc vna exquisitissima atque omni diligentia à me fabricata, tum successu rerum ad vnguem confirmata sit. Primo animaduertere decet, Ionis corpus propter latitudinem in horoscopi linea exquisite esse: Ipse vero corpus naturamque ac mores significat, vitam etiam cum dominus loci Lunæ sit, & loci Solis, Terminum enim (vt vocant) ibi possidet. Ipse autem cum capite iunctus est, & in eadem linea cum Fomahant stella, post longas in cunctis deturbationes victoriam pollicetur, naturam odio omnes malos irreconciliabili prosequentem, pertinacem: parentes, affines, patriam, amicos, ac meipsum si contigat peccare, insita contrarietate auersantem, Nam & in tauro duæ fortunæ gaudent, & ipsum est signum femininum. Hoc primum decretum vndique bonum.

Alterum ex Venere domina ascendentis sumitur. Hæc iuncta exquisite Mercurio longitudine, in humano signo, & domo propria in lactea via, cum stella naturæ Veneris & Mercurij in trino Saturni, profundam cogitationem, studium, diligentiam, summamque laboris patientiam præstat: obscuros tamen effectus, qui ab his proueniunt, efficit, quod in sexto loco sit, ingeniumque turbidum propter lacteam viam, falsamque memoriam, quamuis magnam, infirmumque

corpus: & reliqua quæ & si bona non sint, hucusque tamen non queant improbari.

Tertium est, Solis constitutio cum Marte. Hic male positus, cadens, in sextoque loco dignitates omnes & gloriam in perpetuum negat, quæ ab administratione procedit. Contra Martem, fouet cordis cæli dominum, quare non dignitatibus priuat, quæ iure carent imperandi: nec vlli possum esse Principi in precio, nisi qui Ecclesiasticam habuerit dignitatem.

Quartum est, Lunæ, constitutio in quadrato infortunarum, & ipsa cum capite Algol in vno circulo, & num aquarij constellatione de natura Saturni, ipseque Mars in vno circulo cum Aldebaran.

Hoc tam sæuo occurfu neque deterius quicquam potest esse vel excogitari: imbecillum ventriculum, imbecille cerebrum, insidias inimicos, iacturam rerum, insectationes, innumeraque cum extremis periculis mala coniungit, & apud populum falsis notis famam inurit. Luna enim sola vniuscuiusque genituræ dimidium.

Vt vero hæc genitura, sit pro exemplo aliarum omnium, tam pro structura quam pro iudicio, sic collocabimus. Primo ea quæ sunt ad iudicium necessaria. Elegissem certe libentius alienam, cum difficillimum sit de seipso recte loqui posse. Sed cum hæc solum mihi vere cognita sit, laborauerimque in ea annis plusquam triginta, ob id malui periculo meo etiam, vt soleo, studiois satisfacere: disponam igitur primo horas decem significatorum hoc modo.

Horæ Planetarum & locorum principales.

	Mi.	sec.	Mi.	sec.
♄	32	0	34	0
♃	58	40	59	0
♂	23	24	24	0
op. ♄	46	14		
op. ♃	53	0	53	1
op. ♂	53	0	52	20
	30	5	31	42
op. con-iunctio-num.	39	58	cum la-titudine.	

Horarum propria ascensionis.

Mi.	sec.	Mi.	sec.
68	50	70	42
18	24	21	15
55	3	55	36
186	21		
193	16	194	20
193	18	189	47
346	46	351	18
290	20	cum lati-tudine.	
86	14		
19	47		
33	50		
179	13		
		Sine latitudine.	

Cordis cæli recta.
Imi cæli obliqua.
Ascendentis obliqua
Ascendentis recta.
Coniunctionis

Elevationes circulorum positionis secundum viam nostram naturalem.

	Par.	Mi.	Partes	Mi.
♄	25	40	24	10
♃	44	0	44	20
♂	31	55	31	25
♄	39	0		
♃	41	30	41	32
♂	41	33	41	0
♄	26	30	27	0

Cor & Imum
Cæli o. o.
Coniunct. 32. 30.
Ascendēs 44. 20.
Sine latit.

Loci ad quos peruenierunt decem significatores anno præsentis qui est 44. perfectus.

Sig.	Par.	Sig.	Par.
♄	1	♃	3
♃	28	♂	1
♂	23	♄	23. ♀ ♀
♄	12	♂♂	12. ♀ ♀
♃	21	♂♂	21. ♀ ♀
♂	21	♂♂	16 ad idē
♄	12	♂♂	18
Cor		corpora Planetarum.	
Cæli X	3	♃	
Ascen. II	29		
Coniun. III	30		
		loci Planetarum.	

Pro habenda elevatione poli super locum extra eclipticam iuxta nostram sententiam: vide quæ pars eclipticæ ascendat cum illa propria ascensione loci, sub parte horarum loci. Inde vide in qua poli elevatione illius partis eclipticæ illa sit obliqua ascensio.

De Vita.

His recte & ad vnguem dispositis cœpi inspicere de vita, & consideravi primo de nutritione, & eius prima pars erat Lunæ, & ipsa pulsabatur hostilibus radiis Martis, & significavit periculum etiam nascendo, & in primis diebus, & sic natus sum mortuus, & per vim extractus ex utero matris, & in primis mensibus mortuo nutritio intra horas xxiv. correptus sum & ipse peste. Secundus autem dominus, fuit Venus in sexta, in trino Saturni, & quasi combusta, idest debilis, & iuncta Mercurio, & significavit hydropem, & morbos quorum non fuit numerus. Tertio consideravi pro tertia parte nutritionis Martem, & ipse erat in quadrato Lunæ & trino Solis informati, & significavit etiam febres acutas, & alios morbos. Et quia Ascendens erat liberum, & cum Ione & in sextili Lunæ, significavit quod possem, non quod deberem evadere, & ita hoc solum scivissem prædicere, ante eventum de morbis, & quod possem evadere: exitus tamen erat valde incertus. Post hæc Luna erat vitæ significatrix, & etiam corporis, duplici causa, tum per essentiam, tum quia dominabatur ascendenti. Idem direxi ad illam, & peruenit in octo annis quadratus finister Saturni ad eam, & quia erat etiam in piscibus, & reuolutio mala valde, significabat mortem, & ita laboravi per mensum fluxu ventris, vsque ad id, vt medici omnes pro deplorato me haberent, tandem euasi nutu diuino, natura tamen robusta erat, quia Luna erat potens, & illustrata radiis Iouis & Martis, dominorum loci sui: & ipsa recipiebat Iouem in Tauro, & erat in signo feminæ simili suæ temperaturæ, in finibus fortunarum omni modo, termini, trigoni, domus, & exaltationis, supra terram multum eleuata de nocte, cursu velocissima. Direxi postmodum quadratum Martis & oppositum Solis ad eam, & anno 21. laboravi peste. Direxi post hæc sextilem Saturni ad illam, & peruenit ad eam in annis 29. & tunc passus sum destillationem per septem menses continuos anno 1530. in fine, & expui saniei immensam quantitatem: & tunc præter spem etiam sum liberatus. Oppositio etiam, Veneris & Mercurij ad hoc idem faciebat. Post hoc direxi ad eam caput draconis, & peruenit ad illam vt clarum est, in fine huius anni, & mihi videri, cum sit caput, nec sit ibi stella potens mala, sed radij sextiles Lunæ & in tauro quod multum non debeat nocere. Ptolemæus tamen cum inter significatorem & promissorem medium est ascendens vel angulus occidentis, dirigit ad ascendens promissorem, & ascendens ad significatorem, deinde iungit hæc ambo, vt dixi alias, & hoc habet ma-

gnam rationem & profundissimam, sed ego non sequor, secundum igitur illam rationem peruenisset caput ad Lunam in 43. annis iam, idest anno præterito. Inde direxi Martem ad Lunam, & peruenit secundum Ptolemæi opinionem in annis 69. & quibusdam mensibus, sed secundum viam nostram peruenit in annis 72. iuxta finem. Postmodum direxi ad ascendens Martem, & peruenit ad ipsum in initio 27. anni, & tunc laboravi morbo acuto per septem dies, febre siquidem, & euasi, & tunc etiam ibi erant radij Solis trigoni & quadrati Lunæ, & post deduxi Saturni locum ad ascendens, & peruenit ad ipsum in annis 36. & fuit anno 1538. & timui ne morerer, & non apparuit ægritudo qua decumberem, sed sola copia vrinæ, quæ excedebat generaliter x x. vncias singulas nocte, & cogebar quater surgere ad mingendum, & erat sine ardore, & ego intelligens causam auxiliarius sum cum calidis, & protinus cessauit multitudo, vt nullo modo cogar surgere de nocte, attamen remansit semper maior quantitas vrinæ quam prius solemus emittere, & quamuis propter tripem Veneris, qui succedit corpori Saturni, res semper cesserit in melius, nunquam tamen ex toto liberabor, tum maxime quia pater meus mortuus est cum vrinæ profusio, & præter has nullas sum expertus in vita mea ægritudines, ita quod ab octavo anno vsque nunc non sum expertus alium morbum quam febrem illam acutam, quæ quauis septem diebus me opprefferit, solum tamen tribus in lecto decubui, & pestem quæ soluta est tertio die: in alijs duobus morbis nunquam decubui. Postmodum direxi quadratum Solis dextrum ad ascendens, & peruenit ad ipsum in 58. anno, & tunc infirmabor cum periculo, & erit febris mala, & post dirigam, si euasero, quadratum Veneris & Mercurij ad ascendens, & perueniet in 72. annis vt alia. Hi igitur sunt termini naturalium morborum & mortis, violenti autem sunt à domino ascendens, cum occurrerit quadrato Lunæ, opposito Martis, opposito Saturni, sextili Solis. In cæteris nisi reuolutio obstiterit ero tutus. Si tamen ego à generalibus periculis abstinero, clade, peste, naufragio.

De parentibus.

Direxi pro patre ad Saturnum trigonum Lunæ, & quadratum Solis, & peruenit ad par. 11. mi. 42. cancri, in annis 23. & in fine, & sic ille mortuus est anno 1524. die 28. Augusti. Pro matre autem, quia significatores eius diuturniorem, quam patris, vitam ostendebant, direxi corpus Iouis domini quartæ domus, quæ opponitur decimæ matris significatrici, ad Lunam, & peruenit in fine annorum 36. & sic mortua est anno 1537. die 26. Iulij, cum esset iam septuagenaria. Et quamuis ita sit, attamen in patre & matre, adhuc consulere oporteret proprias parentum genituras. Et ego non feci in vita mea nisi vnam prædictionem anno 1523. domino Christophoro Gallarato, civi Mediolanensi, & post abij, & cum post multos reuenter, occurrit mihi,

mihī, & admirans frater eius dixit, cerē magnum exemplum vidi, quia mater nostra mortua est, eo anno, ad vnguem, & tempore & morbo, quibus illam perituram scripta genēsis fratris mei edocet iam tot ante annis. Et licet ita sit, non solum in his, sed etiam in filiis, & vita vxoris, consulerem vt ad firmiorem pronunciationem, propriā illorum geniturā inspiciantur. Non enim video, quomodo genitura mea possit agere in fratres meos, parentes, coniugem, filios, & si non est per viam causā, sed solum signi, iam nos egredimur metas naturalis philosophiā, secundum quas nobis est propositum artem constituere: aliquid tamen, imō multum faciunt per viam causā, modum autem longum esset explicare. Sed video, quid protinus sis dicturus, si Luna significat matrem & vitam, vt in nostra genēsi, igitur ferē in omnibus filiis moreretur, cum pater aut mater moreretur, nam & in diurnis genituris Sol patrem significat, & plerunque etiam vitam nati. Hoc autem rarissime accidit, imō si accidit, sit à causis generalibus, vt peste, clade, mina, fame. Dico igitur quod læduntur tales, sed quia auxiliator patris, gratia exempli, est propria genitura, & filij ascendens & dominus ascendens, ideo in his casibus contingit filium sine patre mori, & patrem sine filio: comparantur etiam ad diuersas considerationes, vt vides, nam Iupiter est abscisor respectu matris, cum occurrit Luna, & respectu mei confirmat vitam, & addit robur, quia est amicus Lunæ, & est hoc, sicut in hominibus duo fratres litigant inter se, de paterna hereditate, & in litigio cum communi sororio, nec conueniunt inter se, nec dissident, & in cæde affinis vindicanda, sunt sumine concordēs, & in ludo altercantur: & sic iidem duo homines, habet quatuor, & longē plures, inter se affectus, habent diuersorum comparatione. Ideo scias lector, quod hæc sola ars, est adeo sublimis, quod vt illa gemmariorum nunquam plene tradi potest. Sed præter ea quæ scribuntur in hoc libro, indiget homo singulari quodam lumine magna & longa experientia, animo veritatis studiosissimo.

De Vxore.


Direxi ad Lunam dominam ascendens oppositum Veneris, & peruenit ad eam in 31. annis, & similiter trinus Lunæ in duodecima parte cancri ad Martem dominum septima, & peruenit ad eam in annis 31. mensibus 9. diebus 24. & comet die vxorem duxi, cum tamen nihil vnquam de hoc cogitasset.

De fratribus.


Iupiter facit nasci primum inter fratres, ideo priores omnes extincti sunt tum magis, quod Luna domina tertia erat, in quadrato Martis, & Mars fractum significator peregrinus, & cum Saturno, in trino Solis, poteram tamen adhuc habere, sed peste extincti sunt vna omnes, me primum agente annum. Ideo ista significatio probabilis erat.

De filiis.

Dominus quinta est Mercurius, & iungitur Veneri, & significat filios masculos debiles, quia est in libra, & in sexta & Iupiter & Luna se respicientes in femininis signis feminas longe robustiores, & masculos debilitabat Saturnus, & ego ponam pro nostro genituram filiorum.




Ascendens primogeniti, est inter oppositas partes infortunarum in mea genitura. Luna in loco Saturni, Saturnus in quadrato Veneris & Mercurij. Causa vitæ est Iupiter, dominus ascendens in trino Solis, hic quam multa lucrabitur, & disperdet. Nam Sol est cum oculo tauri, in trino Iouis, Sed Iupiter est cū cauda in opposito Martis accedens.



In hac vero, locus Martis, & ascendens est vnus cum precedente, sed omnes planetæ cadunt. Sed in puella non refert, sicut in viro, vt aliàs dixi, omnia enim foeminarum, ex aliena, nō propria pendent fortuna. Venus est vitæ significatrix, & Luna est in eius sextili.

Et rursus in hac tertia pueri, apparet quod ascendens est locus oppositus Lunæ, & quadratus Martis, & Luna fuit in loco eodem in quo fuit in mea genitura, & quamuis in prima infantiæ parte conuulsus sit propter Lunam, & Mars pro secunda parte combustus, qui induxit morbos ex aduisione per totum corpus, quos nec vir sustinisset, euasit tamen, nam Venus fuit Alfridariæ domina, & Iupiter aspexit Martem trino aspectu. Ex hoc manifestum est, quod filiorum geniturae

re immutant parentum fortunam, nam Sol hic, & in prima genitura, decreuit famam



& honores, plusquam ante, cum omnino tanquam non essem antea haberer.

De ditiis.

Post vitam desiderantur ditiis, & Mercurius est dispositor, & cum Venere, & impossibile est vt desit propter hoc, sed cum sit in libra, facile acquirit. Mars in secunda, & Saturnus faciunt, vt nunquam possim esse diues, proximus sum, aut iam sum in ipsa iactura patrimonij, nam oppositum Saturni peruenit ad Mercurium, & post duos annos aderit ipsorum sextilis aspectus, & tunc melius habebō. Iupiter in sextili Lunæ, mutuo se recipientibus, aliquid, sed exiguum tribuit.

De arte.

Decima domus, est in septima aqunarij parte habens initium, & significat Saturnus exercitium cum Mercurio, & quia est in humanis, & Mars etiam, erit circa homines, & quia Saturnus est cum fixis, & Mars est in trino Solis, & Mercurius, & dominus ascendens, & Sol in sexta, significant nobile, & circa ægros, tum vero magis, quia pater medicus erat, & sic vel nolente patre medicus factus sum. Manifestum est autem, quod ero fœlix in arte admodum, quia Saturnus est optime positus, quo ad fixas & erraticas, nec tamen magni nominis, vsque ad tempus, quia Saturnus & Mercurius & Mars cadunt ab angulis, sunt retrogradi, nec in primis potestatibus.

De fama & potentia.

Fama in vita potentiam sequitur: Mars est dominus cordis cæli, & in trino Solis, ideo in vita habebō modicam famam, & minorem potentiam, despicient me potentes, quia Sol est cadens, apud tamen eos, qui luminarium casu dignitates possident, aliquid ero, sed à morte, cum canis minor sit in imo cæli, percrebrescet magis. Est enim ibi quadratus radius Veneris & Mercurij, in hoc tamen adhuc non erit magna res.

Sed Saturnus cum stellis bebeniis famam angebit & per secula seruabit. In medio, id est, corde cæli est vultur volans, naturæ Iouis & Martis, & dat aliquid. Directiones honorum, sunt in annis 23. & 24. 33. 35. 46. 53. & 62. 67.

De moribus.

Iupiter & Venus & Luna & Mercurius & Saturnus & Mars disponunt mores, ideo sunt permixti, prævalent tamen Venus, Iupiter, & Luna.

De forma.

Iupiter & Venus dant formam, & Luna etiam. Ideo propter Martem habeo vestigium in fronte: nam quadrato respicit Lunam, cætera conueniunt.

De Morte.

Mars est dominus septimæ, & in angulo eius malefica, ideo erit non sine sanguinis mentione, violenti enim aliquid sapit. Luna etiam est in circulo capitis Gorgonis vt dixi aliàs. Saturnus tamen est abscisor, sed & ipse cum fixis claris. Reliqua autem superius iam explicauimus.


X X.



Nostrarum memoria calamitatum nos impulit, vt virum hunc describeremus, quo neminem infeliciosem, si ad corpus respicimus, diiudicare possum. Iam enim eo podagræ laborat genere, annis fermè 30. vt tophis omnes habeat excussos artus, ac velut lapis, totus immobilis præter linguam. Huic malo causas dederunt omnes erraticæ, cum ascendente in aqueis signis. Marsque in quarto loco in piscibus, Saturni & Mercurij radiis imbutus: Non enim solum omnis, qui erraticas omnes, & ascendens in signis eiusdem qualitatis habuerit, perpetua torquetur valetudine, sed & si ascendens tantum, & luminaria, cum dominis locorum, eodem infortunio vexabitur. In aqueis concursu pituitæ, in terreis melancholia, in igneis furore & herpete, in aëreis sanguinis abundantia.

Sol hic cum cauda constitutus, iuncturas loco eiicit, horoscopo proximus: at si Sol dominus esset horoscopi, corpus vel feedo vlcere, vel violento casu, vel publica animaduersione laceraret. Religionem ostendunt Sol & Luna ab angulo cadentes, claritatem nominis Luna in cancro fortis, in Solis trigono, facitque vt *δι' ἡμετέρας* habeatur. Mercurius item cum lancis luminosiore & Saturno in Martis trigono, studium & eruditionem non vulgarem præstant, quòd Mars dominus sit horoscopi. Nodus cum Sole & ascendente acutissimum præstat ingenium, non fallaci regula: vitæ diurnitatem Luna in cancro in trino Solis in ascendente existentis, signa humida memoria non pollent: contra sicca, siquidem memoria tenax in sicco fit. Ex hoc palam est, etiam si Mirandula reuiuifcat, non dubiam esse Astrologiam, nisi quis minutim coincidens, velut in auri experimèto ea prosequi curet, quæ ambigua & casui subiecta, & sensui pene abscondita sunt.

XXI.




Studij & fortunæ paritas ab illo ad hunc sme reuocat, vt huius horrendum casum describeremus, quem effugere minime poterat, cum Luna, vt iam dixi, in septimo loco, cum nodo, ab vtraque in fortuna pulsetur, ipsa infortunata existente, illis autem iuxta cor cæli positus, addebat periculum Venus figuræ domina, Sole candens, & ipsa ab vtraque infortuna quadrato pulsata radio. Quamobrem & illi ab Antonio Castiloneo regio Medico, annis ante fermè triginta iure merito prædictum fuerat, quod absque vxore & filijs moreretur, quod & euenit.

Anno itaque ætatis XLVIII. & hora noctis prima, diei XI. Angli, cum ex more per ciuitatem obequitaret, furiosus quidam currentem premens equum, illi occurrit, totaque vi aque illam & malam excussit, tanto impetu, vt diu pro mortuo iacuit. Inde sublatu, excussa cruris vertebra, duobus superuixit annis, perpetuo morbo detentus. Inde mali propinquitate, ardore vrinæ vexatus, crudelem mortis exitum habuit. Erat autem reuoluentis anni ascendens, leonis pars 12. & in eo caput. Mars ad locum suum

redierat, Luna ad eius oppositum, scilicet ad locum Saturni genituræ, Sol etiam vt ab initio, à Marte quadrata radiatione vexabatur, & ab vtroque Luna aspectu inimico, Mercurius in ascendenti opposito. Hora casus, locus Veneris ascendebat, qui vtriusque infortunæ locus quadratus est, vt ab initio dictum est. Locus etiam oppositus cadæmon erat in Occidente, in quo tunc Luna Marti iuncta, Sol in Lunæ loco genituræ, & in opposito loci Mercurij reuolutionis, Iupiter dominus ascendenti in opposito loci Saturni reuolutionis.

Vir hic alioquin hac calamitate indignus, studiosus, eruditusque. Bellum quod suo tempore acciderat in Infubrum finibus, eleganter scripsit & edidit: aliaque etiam eius monumenta extant. Caput in ascendente ingenium, cum Mercurius & Venus in horoscopo, & Luna in trino infortunarum iuxta regulum. At vero Mercurius ipse dominus trigoni est ascendenti, cum stellis de natura Saturni. Venus autem in suo gaudio, hæc damna distulit tandiu cum in ascendente foret. Gaudet Saturnus in libra, Iupiter in cancro, Mars in capricorno, Sol in ariete, Venus in piscibus, Mercurius in sua virgine, Luna in tauro: igitur in horis vel domorum oppositis signis, quas prius exposuimus, contristantur & viribus cadunt.

XXII.




Non virtutis, sed infortunij similitudo, Nad hunc ab illo nos vocat. Huic Luna in septimo in Martis domicilio infortunata cum nodo, atrocem ac violentum absque vlla dubitatione declarat interitum. Sol vero & ipse à Saturno infortunium patitur, vtroque Venerem quæ in scorpione cadit vexante: at hoc etiam periculum veneni ostendit, quod vix effugit. Hos omnes Mars à Saturni domo quadrato pulsat. Protinus igitur ferro laceratus debuit interire: sed distulit Iupiter, fons Mercurium trigono cum Iupiter in piscibus sit: Mercurius vero ascendenti dominus denud fouet ascendens. Igitur est manifestum, hæc differri debere, donec Luna ad quadratum Martis, & oppositum Veneris ac Solis & Saturni perueniret. Tunc etiam repente causa mulieris interire debuit, & factum est, vt à fratre puellæ, in

in cuius amore parum prudenter se gesserat, non immerito sit occisus: percussus enim in pectore, ne verbo quidem emisso expiravit, tot multiplicibus infortuniis Luna vexabatur. Fuit autem hoc anno ætatis XXV. cum Luna in reuolutione in quadrato Solis, Veneris, & Mercurij ad Martem irer, Mars vero in loco Mercurij, Genitura ascendens sexta Leonis pars, in quam Martis radij oppositi, & Solis ac Veneris & Saturni quadrati in genitura cadunt. Locus cacodæmonis, velut in nostra cacodæmonis locus; pars est vndecima virginis, & secundus ab illo 21. eiusdem. Hora qua occisus est, anno 1537. hora noctis prima, diei vigesimæ Iulij, tunc Sol in eadem parte sexta Leonis erat, in cacodæmone ascendens, locus oppositus Saturno reuolutionis, scilicet piscium pars prima: ascendens etiam reuolutiones in quadrato Solis, Veneris, & Mercurij erat, quod illi in scorpione, in quo & Mars, iuncti essent.

Definant igitur in tam clara luce dialogicis manibus intendere, & secundum nostra præcepta diiudicent affectus proprios, & ambigua decreta relinquentes, videbunt profus Medicinæ aut nauigandi arti securitate prædicendi Astronomiam nulla ex parte inferiorem.

XXIII.



Adem nobilitas, par euentus, hunc illi subicit. Et hic Luna in septimo loco constituta, infœlix in Mercurij quadrato, qui hostis est ascendens, posita est. Mars etiam, ascendens & angulum Occidentis pulsatur, ex supremo loco. In septimo etiam tauri stella clara, quæ pro sinistro oculo ponitur, violentam mortem tam palam pronunciat, vt iam vel asino deterior sit, qui hæc non intelligat: tum etiam cum cor scorpionis in horoscopo sit, crudelem, iracundum, temerarium, inconsultumque fuisse necesse est, aspicientibus ascendens, Marte, & Sole, tum etiam Luna & Mercurio,

Anno igitur 1536. die Februarij 23. scopulo (vt dicunt) ictus, subito interiit. Tunc ascendens ad Solis quadratum peruenerat per directionem: sic & Luna fermè ad Saturni quadratum. Anni reuolutio habuit Martem in cæli medio in octaua cancri par-


te, ascendens pars septima libræ in Martis quadrato. Luna denuò in septimo loco in 19. arietis parte, qui locus Saturni loco geniturae è directo oppositus est. Saturnus vero tunc Lunam trigono pulsauit aspectu, ex 21. leonis parte. Venus ascendens reuolutionis domina cadebat in scorpione in Martis trino, nulla fortuna Lunam, Solem, Venerem ascendensue fonte.

Domitiano Imperatori leo ascendit, Luna in septimo in aquario cum Marte, & in Saturni quadrato, qui cæli medium possidebat, posita fuit, vt ex hoc immensa crudelitas, & certa mortis violentia, & corporis forma decerneretur.

XXIV.

Veronica.

Percepimus pudori familiæ, ne huius nomen adiceremus, in pari consensu fati, verum impari causa subiungentes, cum ob impudicitiam à coniuge fuerit iugulara. Mercurius infœlix in piscibus, Lunam in duodecimo infœlicem, quadrata pulsatur radiatione, Solem vero Mars fortis ex superiore loco. Quis negare potest iuxta cor cæli eo existente, futuram non dubie biohanatam? quamuisque sic habuerit mulier: at cauda cum ascendente, & Venus in capricorno, meretricem malam & ipsa in ascendente, proculdubio facit, Martis vero sextilis, impudicitiam palam detegit, ipsamque ad omne scelus promptam. Cum igitur Luna ad Saturni quadratum peruenerit, à marito occisa, multorum iam malorum pœnas dedit, & plurimarum quas iam passam fuisse antea necessario conuenit, finem intēnit calamitatum.




XXV.

Baptista Pagani.

Nobilitas & causa eadem mortis fecit, vt hunc mulieri præcedenti subiungerem. Igitur cum dominus horoscopi Saturnus cadat in cancro, iungaturque Ioui ascendens inimico, domino vero septimi, qui ferè semper dominus est mortis, atque in Veneris quadrato vterque: ipsa vero in Martis domicilio,


ilio, & cadens, tñm Sol iuxta caput Algol, & in quadrato Martis in septimo existentis Mercurius, hæc omnia ostendebant, quod omnino impossibile esset, vt non ferro peri-



ret, cum vel duo ex his testimoniis hoc indubie ostendat. Anno igitur 23. cum ascendens ad Martis oppositum & Mercurij quadratum simul applicuisset, & in reuolutione cauda in ascendente esset, ipsumque ascendens ex signo septimi, cancro infortunato, & Luna in parte 22. arietis iuxta Saturnum reuolutionis, & locum Veneris genituræ, quadratumque Saturni & Iouis, Iupiter vero Mercurio iunctus, atque cum eo combustus (nam qui plus à Sole ex his distabat, partes 3. non impleuerat). Hac tanta syderum aduersus enim conspiratione, Marteque cum Aldebaran stella in 12. loco constituto, deprehensus in lecto nocte media, cum ea quam vnice deperibat, à marito illius cum ipsa vxore nudus vterque magnis vulneribus occisus est, iacuitque vsque ad diem, cum is qui eum occiderat nobilis esset: fuit autem hoc iuxta diem 26. Iulij 1526.

Porrò hic iuuenis miser, subnigro erat colore: tales enim omnes, qui sub capricorno nostris in regionibus exoriuntur, etiam si Venus cum eo fuerit. Comptis moribus Musicæ deditus: ob aspectum Veneris cum Saturno & cum ascendente, callidus, non multum ad literas propensus, ornatus, salax.

XXVI.



Luna damnata in scorpione, in Martis & Iouis sextili, Ioue cadente, & cum dor-

so leonis & asino existente, ipsa vero Luna cum luminoso lancis, stella malefica & frigida, indicauit de violenta morte, & secundum principia nostra, quod esset quasi infans: & quia scorpio est aqueum signum, Iupiter cadit in virgine, & sextilis æquiparatur quadrato ex signis longarum ascensionum, indicat quod in aqua, vel ex aqua, esset futura mors eius.

Hæc Hali, sed non firma sunt. Indicium certum est, quod Sol erat infortunatus, & dominus genituræ cadens, & Iupiter damnatus triplici infortunio, & Luna deinde ab illo: & quia Venus est domina ascendentis & octauæ, mortem significat voluntariam.

Reuolutio 25.


Ascendens	24	Leonis.
Mercurius	2 52	Virginis.
Luna	3 0	Virginis.
Iupiter	11 14	Virginis.
Sol	29 34	Virginis.
Venus	11 2	Libræ.
Mars	14 48	Tauri.
Saturnus	2 19	Cancri.

Cum igitur Planetæ in 25. reuolutione essent, vt vides, & Solis eclipsis in 2. parte leonis, quæ est quadrata secunda partis scorpionij, & Mars in 2. parte tauri, tunc opposito loci Lunæ, in reuolutione autem Luna iungeretur Mercurio in ascendente, in loco Iouis & Martis infortunatorum, Saturno infortunato ambos respiciente ex cancro, Ioue etiam infortunato, in loco Saturni genituræ, Luna ad ipsum eunte, ascendente vero per directionem, & Mercurio ad Saturni sextilem deducto, iratus matri ob puellam, ex ponte in aquas se precipitauit, & suffocatus est.

Dico ego, nisi fuisset stella, quæ dicitur luminosior lancis, cum Luna, & in reuolutione dorsum leonis, stellæ maleficæ valde, & validæ non accidisset hoc, quia Luna erat in ascendente, & ideo reddidit causam non causam. Hora autem qua precipitem se dedit, ascendens fuit locus Martis in radice, & Lunæ in reuolutione, & Iupiter deus infortunatus in ascendente, in opposito Mercurij, in septimo loco infortunati. Fuit etiam Iupiter retrogradus, & in quadrato Saturni, qui erat in cæli medio, Mercurium similiter ascendens dominum aspiciens quadrato aspectu. Sol etiam in 7. loco in opposito Martis, in radice, & Saturni. Luna vero Marti iuncta cadenti in cancro, & in quadrato Veneris infortunatæ in ariete in 8. loco. Nam sic se habebant: Ascendens 4. virg. Iupiter 23. 11. virg. retrog. Sol 6. 26. piscium. Mercurius 24. 17. piscium. Venus 20. 49. arietis. Saturnus 23. 46. gemi. Luna 19. 47. cancri. Mars 21. 27. cancri.

A tam

XXVII.



Comitis Gaiazij.


A Tam violentis mortis generibus, defle-
ctens in paulo mitiora, quamvis inopi-
nata, visum est, vt Comitis Gaiazij strenni
viti genituram describeremus. Hic anno vi-
tæ XXXII. mense Maij cum cœnasset lu-
culenter, intra 4. noctis horam extinctus est
profusus. Res mira etiam in sene, nedum in
iuuene. Veruntamen nec malo viuendi vsui,
nec syderum vi quicquam est impossibile.
Ostendit liquidò hoc Saturnus in decimo lo-
co, cum capite draconis quadrata radiatio-
ne, Solem, Mercurium, & Martem dam-
nans: vicissim etiam Mercurius & Mars do-
minum ascendentis lædunt. Quo igitur an-
no ascendens ad locum Mercurij combusti
peruenit, mortuus est. Animaduerte quòd
hoc in casu Mercurius dispositus, quia combu-
stus, non potest significare vitam, nec
Sol in signo feminino tot damnatus infortu-
niis, nec Luna in duodecimo loco, in mal-
culino signo: ascendens igitur vitæ signifi-
cator est.

XXVIII.

Ducis Bourbonij.


VT ille à Cesare, sic à rege Gallorum hic
deficiunt. Eo iustior huic causa, quò illi
moderatori descendendi modus. Mors diffi-
milis, vtrique tamen inopinata. Tam qua-
tiens repetam, etiam si rex fuerit atque san-
ctissimus, infortunas autem oppositas in se-
ptimo & primo loco, vel in 7. iunctas ha-
buerit, violenta morte peribit. Auxit tamen
malum, quòd ambae cum nodis erant, &
Mars in cancro infortunatus: vnde etiam eo
ictu dissipatum est corpus. In mundo autem
infortunis in angelo existentibus, cadebant
Iupiter, Sol, Venus, & Luna: verùm &
Venus cadebant à domo etiam, atque melio-
re. Ob hæc spoliatus, regno profugus, tor-
mento bellico ictus, continuo mortuus est eo
anno, quo Luna ad Mercurij oppositum
peruenit. Vixit vsque ed propter Iouem
fortem, & Lunam. In signis arte militari
(vt manifestum est ex genitura) vt vix quic-
quam addi possit: nisi quòd felix esse non

poterat. Iupiter fuit in Saturni termino &
opposito Lunæ, & Luna in opposito eius in



Martis termino, & Sol in aq uarij constella-
tione de Saturni natura, & cum eo exorieba-
tur caput A'gol: & tamen hæc, quò ad reg-
num, non sunt causæ potentes, quoniam ne-
cesse fuit, vt erectio regni tunc terminaretur,
& nos nescimus eam.

XXIX.




Iam quoties repetam, Lunam damnatam,
violente, vel repente mortis indicium
ostendere, infortunas in angulis ascendentis
& septimi. Hic vtrunquæ habet. Omitto
quòd etiam Saturnus in quarta domo positus
est: dominus etiam genitura alter combu-
stus, alter à Martis quadrato ex angulo se-
ptimi damnatus. Porro Luna in coitu Solis,
Venere etiam damnata ab infortuna indicat
furtiuo concubitu genitum illegitimumque:
tum magis, quòd Iupiter damnatur in capri-
cornio, vnde diuitias tollit, significat homi-
nem versutum & bene institutum, quoniam
cauda in ascendente, & radij, ibi Iouis, Solis,
Lunæ, Mercurij felices.

Ictu igitur bellici tormenti erus totum
ablatum, mortem illi prorinus peperit: ad-
iuuabat hoc malum quadrata radiatio Sat-
urni & ascendentis, & Mercurius dominus eius
cum capite A'gol, & luminare vtrunquæ
cum stellis arietis de natura Martis. Anno au-
tem 36. quo mortuus est, Sol ad quadratum
Martis peruenit, & Mars est cum cauda piscis
de

de natura Saturni, & fuit vtraque infortuna eo anno in angulo, Marsin 7. & Saturnus in ascendente.

XXXI.


XXX.



Iacobi Triuultij.

Affinitatis vinculo transimus ad proxima quæque, etsi tamen molesta minus. Hic enim pater præcedentis, longe meliore fortuna vñs est. Vixit annis LXXV. patriæ nostræ magnum decus, rarusque inter huius ætatis belli duces, inlytusque victoris plurimis: etiam familiam adauxit proprio splendore. Sol Venus ac caput iuncti, in angulo, in sextili Iouis & Martis, in signo triplicitatis, Ioue trino aspectu, Martem respiciente, maximam pollicentur fortunam, auget eam luna ascendens in 2. & in angulo primæ cum cauda vero posita solertiam, quæ cunctis fuit admirabilis. Præstat Mercurius item fortis & in angulo & in domo, & ascendens dominus inter radios fœlices, vnde quæque omnia prospera, magnamque animi securitatem asserit. Fuit & caput cum Venere iuxta Herculem, cum Venere etiam Apollo in eodem gradu, nec quicquam damnari potest, quadrato Saturni & Martis duntaxat excepto.

Illud animaduertere dignum est, nullum signum bellicosiores efficere sagittario, horum est enim proprium arma tractare. Cum vero, quod sæpius dictum est, nec piget repetere, tres fortunæ in vna genitura iunguntur, magnum pollicentur bonum. Hic autem cum stellis etiam quinque sunt, & in angulo & cum radiis fœlicibus, vt si vel non credas Astronomiæ, hæc sola genitura, nisi omnino asinus sis, te doceat artem non esse inanem, verum suppositos artificum loco impostores, e quibus etiam vnus impudenter libri emendationem de optica facultate, à patre meo multis laboribus confectam, sibi vendicauit, quamquam etiam paterna totj iam annis typis excusa & publica foret.



Minor certè quàm præcedentis gloria cinis nostri, sed tamen & ipsa rara. Qui si arma tractasset, poterat forsan nulla ex parte illo inferior videri. Nam quòd ad Principum amicitiam, ad tractandam pacem, ad quærendam belli occasionem, nemo promptior, nemo aptior: varia tamen fortuna iactans, exul, in magistratu, in fuga, præfectus in carcere, modò omnia, modò nihil. Fuit etiam quandoque religiosus, inde ducta vxore numerosam sobolem procreauit: demonstrat hoc Luna in quinto loco: Ingenij vim Veneri iunctus Mercurius in aquarij constellatione, de natura Saturni. Podagram & repentiam mortem Saturnus, Mars, Mercurius dominus ascendens, & Venus in aqueis signis. Idem vt bene collocati & dispositoris, cum sit triplicitas nunc magnæ coniunctionis, ostendunt gratiam apud Principes. Porro infortunæ in sublimi & cadentes, carceres, repentiam mortem, non tamen violentam, ostendunt gratiam apud Reges, potestatemque magnam, quandoque etiam supremam. Iupiter à Mercurio & Venere sextili illustratis, tum etiam Saturno, Venere ac Mercurium trino denuò respiciente, tum Luna Solem sextili. De est ad claritatem potentia, quòd nec in angulis fortunæ, nec Luna est supra terram, impugnat ac infirmat regiam quasi potestatem, Saturni ad Solem ex loco supremo quadratum, & vterque Iouem cadentem oppugnans quadrato ac opposito. Inualidum ad bella reddit vtriusque infortunæ casus in cancro, & dominus ascendens cadens in sexta, & ab vtraque dignitate etiam Planetæ fœminino in fœmineo signo iunctus, ascendente fœmineo signo. Talia tantaque ad tam variam fortunam declarandam necessaria fuerunt.

XXXII.

Philippi Archinti.


Tvam vero genituram libens volensque præteream, quum in explicanda tua animi virtute adulationis suspensionem effugere non possim, apud ignotos. Qui tamen aut nostri simplicitatem animi, aut tuarum laudum expertes non sunt, vir amplissime,

S s me

me omni culpe suspicione liberabunt. Hoc unum tamentestari non dubitabo, neminem in amanda & excolenda eruditione tibi posse conferri : atque utinam id eueniat, quod Plato dicebat, vt vel tui similes, in maximis potiantur dignitatibus, aut qui maximis potiuntur dignitatibus, tui similes efficiantur. At ego tibi laudem incomparabilem accessisse existimo, qui duarum difficilium rerum, altera potitus sis, aliam non neglexeris. Porro Mercurij ad vnguem cum Ioue quadrata


Luna cum luminosiore lancis violentissimo sydere, violentam decernit mortem : quod Luna in scorpione cadat, & in angulo, inopinatum. Proprium lancis meridionalis est, cruentam mortem significare. Mores & ingenium declarat Solis cum Saturno, item Mercurij cum vtroque constitutio, tum Lunæ. Fortitudinem summam, an porius dicam temeritatem, Martis radius sextilis ad ascendens, & qualitas ascendens & domini eius in masculino etiam signo in angulo, & loco in quo gaudet existentis. Tum Iupiter maximo vexatur infortunio, cadit ab exaltatione ab angulo, est cum cauda & cum radiis Mercurij inimicis. Ictu igitur archabutij confracto crure, inde Medicorum opera amputato, inter acerbissimos dolores mortuus est, vir quidem crudelis admodum. Cæterum peritiam rei militaris & fortitudine inclytus. Eum Bourbonio adiungere volumus, sed celeritate prætermisum, hic restituere curauimus. Est etiam in eius genitura Veneris positio cadentis tum ad Martem consideranda.

XXXII.




tum etiam recepta radiatio, quod Iupiter in cancro gaudeat, ingenium, quale sit, prudentiam & eruditione declarant. Atque ita ex testimonio stellarum, absque nostra celebratione tanta virtus patet. Verum cum Soli canicula, Lunæ scorpionij cor iunctum sit, eo suos effectus producant ferius, quo magis à Solis linea disteterint versus austrum. Antares quidem partibus quatuor tantum. Procion autem 16. Celerius vero, si boream versus, atque in signis, quibus latitudo ascensionem minuit tardius vbi auget. Sol vitæ hic significator proculdubio est, ascendens incertum, atque vt puto, ex initio virginis, vita tamen haud incerta est. Cæterum cum Sol ad Lunæ quadratum peruenerit, merito te honore decorabit.

XXXIII.



Q Via Sol, dominus ascendens, in angulo, cum Saturno & Mercurio fuit, &

XXXIV.




Ioannis Symi.

Fundamentum tanti effectus, mortis scilicet à fulgure, est dominus ascendens Saturnus in igneo signo, à Marte damnatus, qui in eius opposito. Est autem Mars in constellatione geminorum tota de natura Martis, Saturnus vero in constellatione Sagittarij de natura Saturni partim, & partim Martis. Erat etiam Mars cum bellatrice & hirco de natura Martis & Mercurij stellis magnis, quo in loco etiam est in nostra genitura, Saturnus vero cum capite serpentarij, de natura ♂ & ♀. Cum igitur Mars esset eleuatus supra Saturnum, significatur mors per ignem, & eo magis, quod vterque illorum respicit ascendens. Est autem Saturnus dominus primus geniture, quia trigoni & exaltationis, Venerem Saturnus manifeste damnat: hoc totum tamen non decerneret omnino mortem, nisi quia deest vitæ largitor, nam solus Mars est supra terram, & Iupiter cum Mercurio est combustus. Et Sol inimicus ascendenti ipsum damnat.

ipsam damnat. Cum igitur Venus pervenit ad Mercurium, & Luna ad Solem in annis 14 completis, & erat cum Mercurio stella corporaliter de natura Solis & Martis, & in revolutione Mars fuit in loco Saturni opposito sui, & Saturnus in angulo quartæ in opposito Veneris cum cauda existentis, & Luna in par. 29. mi. 36. aquarum, in quadrato Veneris & Saturni, & Venus cadebat in scorpione, omnes in infortunarum terminis. Ideo convenit, ut eo anno ictus fulmine protinus interiret: & in hoc animadvertente, quod Venus Saturnum oppugnat in revolutione, è contra in genitura. Fuit etiam hoc in Veneris Alfridaria planetæ debilioris in tota genitura.


XXXV.



Iam ne vides, quod Mars, qui dominus est virilitatis, in feminino signo, & in angulo occidentis, est cum Luna constitutus, Venus ascendens domina in Scorpione cadit. Iam hoc dubitabilem rationem non habet, nisi quia Iupiter in quadrato eius existens, prodesse possit, sed debilis & in Saturni domo. Manifestum est autem quod mala morte absque dubio morietur: nondum mortuus est, sed in extremis tamen fuit periculis: Mores mali necessario, sed tamen liberi, quia Saturnus abest. Morietur ex revolutione non sola directione, quia genitura caret malis radiationibus. Hic etiam ignotis pecunia copiam sui faciebat paratus cum ad dignitates, ut dictum est ex nostris principiis, omnes tamen leues, quia Iuppiter & Venus ambo infeliciter positi, & in vita sua accident infinita inconuenientia, pessimeque audiet: nam Luna in 7. loco posita etiam cum Marte est, & per hæc omnia pertransiit, nec vnquam tot infortunis finem inueniet, eruditus tamen & ex ecclesiæ bonis vivit. Nam Luna infœlix, & Venus cadens, & in nona, omni libidinis vitio flagrat.

Tam. V.


XXXVI.



Baptista Bergomensis.

Animadvertente, quod in genituris, in quibus nondum mihi exploratus erat error loci Saturni & Martis, quod eas olim sic statuissem, emendatum non inuenies, tum magis propter celeritatem, & quia res non magni momenti est, ubi non intercipiatur Planeta. Hic igitur dæmoniacus erat, nam parentes primo eius infania laborabant, & Iupiter ex gradu fermè erat in Saturni opposito, & utrunque luminare cadebat ab angulo, & Luna plena luminibus opposita Marti, & sub terra. Convenit igitur ut haberet dæmonium furiosum, & quia Mercurius fuit in ascendente in sextili Veneris, & cum spica virginis, prædicebat futura, reuelabat abscondita, & in eo genere erat gratus hominibus. Cum vero pervenisset ad annum decimumquartum, mortuus est ex revolutione, quia erat ei dispositio vitæ, præter Mercurium, & in directione, lateret causa mortis eius, seu quod oporteat diligentius considerare, seu quod iam sit ex occulto mihi principio, seu quod ascendente hora paululum evariet.


XXXVII.



Iam hic infœlix Comes vinculis ob infamiam detinetur, nec referre causam in genitura, vel quod talis morbus sit insanabilis,

bilis, difficile est. Vtrunque luminare cadit ab angulo. Saturno illis iuncto, & in signo terreo. Auger difficultatem Mars propinquus cordi scorpion ad oppositum Iouis iens, qui est cum Aldebaran, & verba in hoc sunt superflua. Apparet etiam quod impossibile est, vt sit valde longæuæ vitæ, est Venus dōmina ascendentis sit in trino Martis, & Mercurius dispositor vitæ saluus.

XXXVIII.




Hic accidit anno 1513. die Januarij 17. vt ludendo dextrum oculum sibi effoderet. Eo anno ascendens ad quadratum Saturni, & Sol ad quadratum Iouis, qui est inimicus geminis peruenit: est autem Sol cum cingulo Orionis absque differentia vlla. Cingulus Orionis oculos hebetat: nam quibus etiam hic ascendit, oculi semper firmi sunt. In ea reuolutione ascendit cancri pars 26. locus Martis. Mars in 29 parte sagittarij, retrocedens in opposito Mercurij, qui fuit in 29 parte geminorum. Luna in tertia parte sagittarij cum corde scorpion. In reliquis non satis causam percipio, nisi quodd hora casus Luna erat in 17. parte geminorum, in loco Solis infortunato, & cum Orionis cingulo, & Saturnus in 4. parte scorpion, & Mercurius in 15. parte aquarij. Et cum possem plurium, quibus oculi casu exciderant, manifestas describere genituras, volui hanc petius quasi absconditam causam tanti effectus continentem ponere, vt ad omnia magis animaduertat Lector: nam reliquarum omnium Luna vel in septima ab infortunis damnatur de quadrato, vel in 6. loco comburitur, cum infortunis infortunata existens, & in omnibus propinqua stellis nebulosis. Habuit hic numerosam prolem valde ac fospitem, sed hoc nihil clarius: & etiam vir studiosus & eruditus, & hoc etiam ex his quæ diximus, nimis manifestum.

XXXIX.

Simonis Rigoni.

Hic publicè laceratus est, anno 1506. quo ei prædictum fuerat, periturum acerba morte: nam non erat ei dispositor vitæ, præter ascendens. Erant enim Planetæ

omnes sub terra, & Mars peregrinus in angulo, & Venus cum luminosioribus laticis, & Mercurius dominus ascendentis cadens à domo sua in angulo imi cœli, cum cauda, combustus à Sole, & cum insignibus stellis extra formam scorpion, de natura Martis & Lunæ, & dicitur globus à nobis, & Iupiter fuit cum stella de natura Solis & Martis, & Saturnus fuit in constellatione aquarij de natura Saturni & Iouis, & in reuolutione fuerunt omnes erraticæ supra terram, & Luna cadens in scorpione iuncta Mercurio infortunato in 27 parte scorpionis, & in corde cœli, & in quadrato Saturni, cauda & Martis coniunctorum in 7. loco in leone. Et qui potest vel euetui vel significationi syderū aliquid addere, addat: ego certe fingere haud possem. Cum vero omnes, quibus virgo ascen-




dit, aliqua ex parte necessario sunt malorum morum, qualem putas hunc fuisse, cui dominus ascendens combustus cum cauda, & in sagittario fuerat, & Mars in ascendente, & dominus termini etiam Mars ipse.

XL.

Neronis Cesaris vera.

Latitudines.


- ♄ Septemb. 2. 32. ♃ Mercur. 1. 29.
- ♃ Septemb. 1. 8. ♀ Septemb. 1. 24.
- ♃ Mercur. 0. 3.



Hæc est vera Neronis genitura, nec nisi mihi similior, quàm hæc, genitura gestis moribus

moribus ac fortunæ Neronis , qui sæuitia in fratrem , vxorem , matrem , in omnes denique , vrbes incendio , corpus stupris , animum flagitiis , omnia cruenta nece fecerant. Animo trepidus etiam ad ipsa facinora , valetudine firmus , anno 18. Imperium orbis matris fraude adeptus , 32 ætatis , scelere proprio cum vita simul amisit , manum timore publicæ pœnæ inferre sibi compulsus.

XLI.




Adem terra ferax frugum , etiam venena alit. Nullæ vrbes , Roma , nostraque pietate virorum insigniores extiterunt , nullæ immaniores belluas educarunt , è quibus vna fuit monstrofa hæc sæuitiæ calamitas. Et ipse enim annos natus duodecim , regnum accepit hæreditarium firmumque : nam Saturnus cum corde leonis erat. Ibi cum etiam pueros canibus edendos exponeret , inuisus etiam terræ , inuenit ciuem fortem , qui eum in templo occideret , fugaque salutem , vnus ex multis tyrannicidis , quasi diuino iudicio , assequeretur , Martis & Solis oppositio ex angulo hoc ostendit & Luna cum cauda & scorpij infortunata , quoad vitam , Cum igitur Luna & ascendens in annis 24. ad Solis quadratum peruenerunt , occisus est , & in reuolutione Mercurius fuit cum cauda , & Sol cum Ioue , & Luna cum Saturno in quadrato Saturni.

Hora reuolutionis.

Ascendens	5	Leonis.
Saturnus	26 36	Tauri.
Luna	25 29	Tauri.
Mercurius	10 17	Virginis.
Cauda	13 16	Virginis.
Sol	23 0	Virginis.
Iupiter	22 47	Virginis.
Mars	22 42	Canceri.
Venus	19 29	Leonis.

XLII.




Hic fratre minus crudelis fuit : non enim illi prima sagittarij pars , sed vltima potius scorpij exoriebatur , cuius termini dominus est Saturnus. In tam insigni enim crudelitate non potuit Luna & ascendens esse simul in domo Iouis atque termino , cuius Lunam cor scorpij ad maximam sæuitiam & Iouem Mercurius trahat. Huic vero Iupiter liber , & in Solis Saturnique sextili , tantum à crudelitate minuit , quantum potentia superaddidit : quod & Luna in ascendente confirmat , nec successu res caruit.

Nullus felicior aut potentior dux Mediolani , sæpius victor : tres Reges vnâ captiuos aliquando habuit. Verum cum Mercurius in virgine à Sole Saturnoque , tum etiam Venere cadente infortunaretur , vltima laborauit , quod etiam Luna in quadrato Solis & Saturni & Martis opposito decernit. Fortunæ igitur munera reiiciens , in maxima incommoda delapsus est , non parum etiam acceptis detrimentis. Demum cum Luna sic ab vtraque infortuna oppugnetur , tum à Sole , effecit vt vxorem capite multauerit publicè , rem rarâ aque penè in Principe prodigiosam.

Veniant nunc qui Astronomiam negant , & moliantur responsa in tam euentibus hominum miraculis , aut putent sumptas ex annalibus publicis genituras à me confictas esse , vel erraticas arte aptasse ementitis locis , tam bellè in vniuersum vita genituræ decretis conuenit.


Regnavit annis 36. vixit annis 54. mortuus est die tertia Augusti anno 1447. In reuolutione Luna fuit in quadrato Saturni , & Mars in quadrato Iouis domini ascendentis ad vnguem vterque , erantque Saturnus & Venus in octavo loco. Saturnus in leone , Iupiter virgine , Luna in 12. parte scorpij , Mars in 12. parte sagittarij , & tunc Sol peruenit directione ad hoc , vt sextilis Mercurij infelicis caderet super eum in domo Martis & termino Saturni , & sextilis ipse erat ex signis longarum ascensionum , & Sol in genitura cadens & infortunatus à Saturno , vt longæ vitæ esse non posset , nam Lunam cadentem Mars etiam premit.

XLIII.



Iam ne quoties repetam, regna ex genituris non sunt: hoc enim maximum mortalibus præmium, aliis imperare, neminem sibi. Verùm & hoc supremum, tamen à genituris est. Venus cum regulo in Iouis sextili, & Iupiter in suo termino, significat mulierum causa magnum fortunæ beneficium. Martis quadratum non obstat, quod Venus eo in loco domina sit trigoni. Mars iuxta cæli cor in Mercurij trino in sextili Saturni, cum permutatione potestatis, ostendit in bello peritiam maximam, Mercurius item in quadrato Iouis cum mutua potestatis permutatione idem ostendit, sed & in moderatione magnam prudentiam. Saturnus in opposito Mercurij, & in Iouis quadrato maximas difficultates infidumque decernit ingenium, Saturnus in ascendente administrationes, astum, laboris supremam patientiam. Fuit etiam Luna quasi cum scorpionis corde, Regnum igitur quasi hæreditario iure accepit, bello acquisiuit. In pace moderatus Princeps, quod Mercurius ascendenti dominetur: Qui enim Mercurium in angulo Occidentis habuerit ascendenti dominantem, erit in negociis suis valde prudens: & quod in hoc est verisimilius, existimandum est, 18. partem capricorni iam ascendisse, in qua Mercurius ultra trigonum terminum possidet. Mars etiam filiorum pollicetur multitudinem, in signo aqueo, in aspectu Veneris & Mercurij. Et ego fatebor ingenuè veritatem: potest enim esse error, ut sit genitura tardior die vna in eadem hora, quia tunc Luna cadit in sextilem Iouis, & trinum Veneris ad vnguem. Vixit annis 64. mortuus hydrope 8. die Martij 1466. cum iam ascendens ad Iouis oppositum & Mercurij quadratum peruenisset, & in revolutione Luna esset sub Sole, Marti in 5. loco existenti directè opposita.

XLIV.



Lvna ab infortunato Ioue opposito, & à Martis quadrato infortunata est, quo ad vitam: ipsa etiam cum cauda mortem decernit violentam, quoniam qui oppugnant in angulo sunt. Caterum Mars fortis, Iupiter cum Draconis capite, Luna in ascendente, regnum inter fratres illi vniadjudicant. Est autem genitura hæc paternæ simillima, nam Luna iuxta Luna Martis, ad angulum cordis cæli positio eadem, Mercurij locus iuxta patris ascendens: contra Martis locus patris, huic ascendit, mores aperti sunt. Luna domina noni loci, religionis contemptorem ostendit, cum cauda deceptorem. Mars dominus ascendens sic positus, in principe omnia mala atque facinora patranda decernit, fuissetque deterior, si diutius vixisset. Mortuus est ætate Neronis, cui moribus etiam non valde dissimilis, verum populari infititia longè melior. Cum à sacerdote de mortis genere ac de ætate admonitus esset, beneficij loco habuit, illum fame necare.

Cum igitur ascendens ad Martis quadratum & Iouis oppositionem, Luna vero Mercurio per directionem in trino Martis existenti applicuisset, annis perfectis 32. & in revolutione locus Lunæ & ascendens, locus Martis in genitura, & Iouis quadratum ac Lunæ, trinusque Martis esset, tunc Mars ipse cum nodo in pluribus partibus quàm Luna in ascendente: at ascendens dominus cum Venere in Saturni domo combustus, atque directè Saturno oppositus, in altiore loco existenti, Sole vero infortunato, conuenit ut tunc occideretur. Tredecim igitur vulneribus die 26. Decembris, in æde sacra à tribus coniuratis ciuibus, qui diu antea conspirauerant, magna ciuitatis iactura confossus est, nam malus homo & sapiens Princeps.


XLV.

Francisci Sfortie Mediolani ducis.

Hic filius fratris præcedentis fuit, cuius pater in carcere obiit, ut in IX genitura ostendimus. Trinus Lunæ, Veneris, Mercurij, Iouisque decimæ domini, trinus etiam Saturni & Martis, recuperationem regni paterni

paterni per multas pactiones ostendunt : non tamen virtute propria , sed quasi mercenariam ab angulis enim cadunt , I una in Saturni quadrato cum cauda existentis in signo picium , morbosam vitam , & in ea plurima decernit inconuenientia . Venus Mercurio iuncta in Saturni domo , & in Martis quadrato , multa occulta decernit vitia . Cum ad cœli medium in annis 26 . peruenissent , sextilis Martis & Saturni , & quadratum Iouis domini cordis cœli , tunc regnum acquisit anno ætatis 27 . Iupiter , Mercurius , & Ve-

legis ostendit , nec reuerteretur , fixa enim adiacet . Luna etiam in septimo loco in Solis quadrato , Saturno Venerem sic positam respiciente , & Iouem Marte dominum septimi , diuortium , & multa circa vxores inconuenientia declarant , vt etiam illarum vnâ capite muletauerit . Saturnus in Mercurij opposito , quoniam Mercurius in supremo loco est , multas aduersus illum insidias moliri faciet : tum etiam quia Mars in quadrato Iouis infortunati est , apertas seditiones . Nunquam regno priuabitur , & si priuabitur , non toto , nec diu : nam inter ambo luminaria quadrata radiatio cum mutuo consensu est ex cardinalibus signis , promptum & ferocem eum esse necesse est , violentis vero casibus , si hæc est genitura , necessario subiicietur . Inclutus v. r. vt ex stellarum positione apparet . Sol cum Apolline est , regnumque plane animi magnitudine decernit , violentia plusquam regum , Chronocratorem solem habet . Nemo plures experietur in regno turbas .




nus in 4. loco iuncti fuerunt eo anno in capricorno , & Luna in eorum trino in tauro in 9. loco , in cuius quadrato iuncti coierunt Sol , Saturnus , Mars in aquario : & fuit hoc auxilio præexistentium religioni , & denno etiam priuatus est , propter quadratum illud , & ad mortem infirmus , sanatus etiam , ac regno restitutus , anno ætatis 32 . in quo ascendens ad Martis oppositum peruenit . Cum autem ascendens ad 25 . partem tauri peruenit , ob Solis quadratum obit , tunc in reuolutione locus Martis ascendit , & Luna fuit in loco Saturni , & Mars dominus ascendens in opposito Saturni , & Iupiter cum Venere combustus .

XLVII.


Leonis Pontificis decimi.

Hic cum haberet Lunam in sexto loco inter sculas , & Solem in constellatione capuli sagittarij , simili Orionis cingulo , in lactea via , fuit penè cæcus : & quia Saturnuserat in octauo loco in Iouis opposito , significantur carceres & inopia magna : & quia Venus est in ascendente in sagittario , significat multa circa mores , tum gratiam dicendi & mansuetudinem . Sol vero existens in ea constellatione trium fixarum , cum peruenit ad Iouem locum , & Iouis quadratum ad cœli medium quod est cor , dedit pontificiam maximam dignitatem , & hoc cum radicibus nostris concordat . Fuit autem electio eius 10 . Martij anni 1513 . hora 23 . minut . 15 . præcesserat vero 37 . reuolutio , erantque Planeta (vt in sequenti tabella vides) in reuolutione & electione .

XLVI.



Hæc genitura . vbi bona nulla melior , vbi mala nulla deterior : nam quodd Venus in 9. loco cum Aldebaran posita cum cauda , & in sextili Mercurij est , mutationem



In reuolutione.

Ascendens	21	Scorpij.
Saturnus	10 44	Scorpij.
	Ss 4	Iupiter

Iupiter	26	12	Piscium.
Mars	9	24	Piscium.
Sol	27	27	Sagitta.
Venus	10	28	Capric.
Mercurius	6	34	Sagitta.
Luna	5	22	Capric.
Caput	4	50	Libræ.

In electione.

Ascendens	22	Virginis.	
Saturnus	13	23	Scorpij.
Iupiter	13	1	Arietis.
Mars	12	15	Tauri.
Sol	29	48	Piscium.
Venus	3	28	Tauri.
Mercurius	12	10	Piscium.
Luna	11	20	Tauri.
Caput	0	0	Libræ.

Fundamentum revolutionis est, quòd Sol per directionem pervenit ad locum Iouis, & in revolutione Iupiter est in quadrato Solis, ambobus existentibus in domo Iouis, & stirps ipsa Leonis ex aptis ad eam dignitatem, nobilis & Italica, & Luna ibat ad Venerem existentem in loco Mercurij, qui est trinus Martis: & tunc sextilis Saturni & Martis, & hora electionis: Vides manifestam commutationem: nam Sol pervenit ad Iouis locum, & Luna erat iuncta Marti, qui est dispositio figuræ, & Mars in sextili Mercurij, ab initio amici, uterque autem in opposito Saturni, qui etiam erat in Mercurij trino.


XLVIII.

Iulij Secundi Pontificis.

Mores hic vides expressos. Scorpius ascendit, ubi duæ insignis illæ fixæ de natura Saturni, Mercurij, Martis, cauda in ascendente, & Luna in aspectu eius infortunata, dominus ascendentis Mars cum Venere, & in geminis, & in octavo loco, si potes addere addas, quo minus mirum est, ipsum æternis bellis initium dedisse: dumque & hoc absque pecunia facere molitur, in Christianorum Reges, ea semina discordiarum seuit, quibus non solum populi, sed & ipsi Reges periclitantur: Heu heu hominum mentes, regum consilia, pastorum benignitatem, qui nec præsentia ferunt, nec futura prævident, nec præteritorum oblivisci possunt: Sed iam ad causam tantæ dignitatis veniamus.


Nonnulla forsan hic ex syderibus, sed alia ex diuino iudicio, ut per hunc multorum scelera punirentur: nam ex ipso ruina Romanæ ecclesiæ orta. Italia, Christianorum denique omnium, inde sectæ, amissaque ex parte, Petri sublimis illa dignitas inter Apostolos, qua vnus cæteris à Christo prælatus est, non hunc incerta successio excusat. Sic Christi sanguis, sic lex diuina humano concessa beneficio, ut per vos, per quos servari oues oporteret lanientur? membraque illa Christi sparsa cruore iaceant deterius

quàm in cruce; ibi volens, & ab insciis, & multorum beneficio, paucis horis pendebat, vos hic discerptum tam diu non restituitis. Sed tamen & huius calamitatis publicæ aliqua causa quærenda est. Ea fuit Solis positio inter canem ardentem & Apollinem. Veneris vero & Martis cum dextro Orionis humero &



dextro Aurigæ, & hæc quidem de natura Martis & Mercurij, reliquæ duæ de natura Iouis, ut quatuor insignes fixæ ei fuerint, quæque iuxta ascendens, & cor leonis in cæli medietate, & cum Saturno Procyon stellæ octo insignes, quatuor primæ magnitudinis, quatuorque secundæ: Quid mirum hunc stirpe quamquam ignobili ad summum fastigium euectum fuisse, tanto syderum consensu, sed & expertus schisma est, & quamvis nulla virtute insignis, tamen vir ad mores temporum collatus, atque qui deteriores etiam reliquerit successores.

XLIX.




SOL in septimo loco fortunam quæ ex prudentia oritur præstat, Luna in ascendente magnam felicitatem: quia vero cum Saturno iuncta est, & ad Iouis trinum vadit, separans se à Saturno & in signo igneo, ostendit maximum consilium ac prudentissimum, quòd si Iouis radij abessent, æqualem tantæ prudentiæ stultitiam. Nunc vides quantum referat immutatio, quæ poterat esse stultissimi, si soli Saturno applicasset, sic posita sapientissimi est, Sol autem fuit iuxta virginis spicam per duas cæli partes,


partes. Cætera ingenue fateor, tanto viro vix consentiunt: hunc tamen præcedenti subiunximus, cum uterque consilio plurimum claruerit. Verum hic ad occupandam rem publicam nihil officij aut virtutis neglexit aut omisit. Ille occupata republica, quamvis (ut forte sibi videbatur) pontificiam dignitatem augere laudabile existimaret, piæque opus Italiam barbaris, ecclesiasticam potentiam feruitute liberare, eum nihil in suos penè vel hoc amore contulerit, non tamen hæc concordia, astu, beneficio, precibus, persuasioneque perficere tentavit, sed bellis, ac innumeris claudibus, ut Pirrum quendam in veste illa sacerdotali, cruceque pereunte, effingeret.

duntur, artes etiam quædam ludibrio sunt, deinde de fortuna iniuste conqueruntur. Hæc igitur sic se habent: Luna Veneri iuncta in cancro, & caput in prima, fortem decernunt vitam amplamque fortunam: auget hoc Iupiter ex quadrato, Saturnus vero Mercurio iunctus in Iouis trino. Ipse vero Iupiter in quadrato Lunæ & Veneris, cum quibus conuenit, & regulus cum Saturno, & circa Lunam & Venerem stellæ nobiles, liberam proculdubio, cum Sol ad sextilem venerit, decernunt potestatem: ipse vero blandus eloquio, cunctisque supra modum gratus erit, sedebitque in maiore quam quisquam fratrum dignitate, eritque formosus, superabit progenitores suos potentia, & falso apud plures cuiusdam stulticiæ notam subibit.

L.



L I.




Primum illud quisque debet sibi persuadere, me neque gratia falli nec fallere: nam etsi debere me plurimum illustrissimo domino existimarem, quod magis, quando etiam dubia res sit, volo, quam ingrati nominis periculum subire. Non tamen hoc qualecunque beneficium, tam turpi munere pensandum foret, quod & illis in iacturam cedere posset, mihi certe in ignominiam casurum, at nec sperandæ gratiæ, in qua & si optimus ille sit, inuidia tamen quorundam cum moribus temporum nihil proficerem: & si omnia ita futura sint, quid deterius, quam ut eos imiter quos accuso, ut mendacio, & aliena iactura, mihi beneficium queram? Quorsum vero tendam, ut fallar? & ut arti fidem, quam qui nostra legent experimento confirmatam, tribuunt, nunc his ineptiis subtraham? Quare pura hæc profiteor de his, quos & si diligam, nulla tamen causa ad hoc allicior. Nostris enim temporibus, opinio quædam virtutis in precio est apud Principes, non virtus, quam plerique oderunt, pernicie sua. Et si hic inter bonos adnumeretur vel optimus, non tamen optimi nostri temporis, mediocribus antiqui aui cœquari possunt, cum qui neque excoluerint cum scirent, tunc in precio haberentur, nunc cum & inuenerimus & excoluerimus, pari cum antiquis quibuslibet certamine negligimur, omniaque impostoribus & adulatoribus conce-

ET hic ex illustri familia versa fortuna præcedenti subiicitur. Vocatus ad infantis curam, cum matris violentum exitum intellexissem, placuit horam partus habere, cuius figura ostenditur. Cum igitur Luna esset in opposito Solis & Mercurij, & in quadrato Iouis & Saturni inuicem oppositorum atque existentium in quadrato Solis & Mercurij, omnesque ab angulis cadentes, essetque Venus cum cauda, omnia hæc mortem matris tam aperte nunciabant, ut iam dubitari de hoc non debeat. Mortua est igitur infra quartam horam, distulic mortem Lunæ applicatio ad Martis sextilem, qui erat dominus octauæ loci. Et quia cum hoc dominus ascendens erat cadens, combustus, & infortunatus, necesse fuit, ut etiam infans moreretur. Superuixit 33. diebus, & hoc quia infortunæ non erant in angulis, & Luna erat in tauro fortis, vnde complexit mensẽ Lunarem, tum maxime quia terminus erat Iouis. Et sic vides, radices hæc, nulla ex parte dubias esse.


Et

LII.



FT hic maximo periculo natus, vix vixit, nam toto primo mense conuellebatur. Primo quidem septimestris fuit, vnoque pede prius emisso, inde obstetricis industria agrippa natus, & cum mola: nam vtræque infortunæ in angulo & oppositæ, & cum eis Mercurius dominus loci Lunæ, vterque autem dominus ascendentis cadens, Iupiterque etiam combustus: Quoa mbrem pro monstro vixit, quia Luna est in trino Iouis & Veneris. Apparet autem ex radicibus nostris, quod in re hæreditaria & mulierum causa, & pecuniaria, erit bene fortunatus, imo valde contra in valetudine & vita, nam periculis etiam externis periclitabitur.


LIII.



CVt hic posthumus sit, non satis intelligo: nulla enim, præter hanc, genitura posthumi ad me pervenit. Habebit aliquod egregium bonum, vt ex radicibus nostris apparet. Nam Venus iuncta Ioni, & Luna in ascendente cum scorpij corde. Periculis tamen magnis subiicietur propter Lunæ cum infortunis aspectum. Saturno Marti opposito cadæmonis locus ambiguus: nam vbi quadrata infortunatum, ibi Iouis & Veneris amica radiatio. Loca infortunatum sunt in aspectu amico Lunæ, locus oppositus Lunæ est sub Sole. Plura igitur ei accident, à quibus pecuniarum beneficio servabitur, non tamen forsitan omnia. Hunc iam hæreditate


omnium affinium in eum collata stellarum beneficium sensit: reliqua sunt manifesta.

LIV.




LVna cum cauda in quadrato Saturni & Mercurij, significat ingenium, memoriã, & vitam breuem: quia Sol cadit in libra. Et quia Venus cadit in virgine, & Luna est infortunata, significat natum ex incestu: nam matres spuriorum necessario sunt impudicæ. Et ad causam mortis plurimum facit dominus ascendens sub terra in opposito Mercurij & Saturni, & in quadrato Lunæ infortunatæ. Vixit igitur annis 10. cum non esset quod nutritionem impediret.

LV.




Ioan. Antonius Castiloneus, cuius noster, Regiusque medicus, & vir insignis, cum hanc vidisset genituram, dixit puerum hunc nutriri non posse, quoniam Luna sub terra erat, & ambæ fortunæ in 8. loco cadentes in virgine, & dominus ascendens cadens & combustus, & cum Mercurio infortunato cum cauda. In prima igitur revolutione cum Luna esset in quadrato Martis & Veneris, & in loco Martis in radice, & ascendens locus quadratus Iouis & Veneris infortunatorum in genitura, & dominus ascendens combustus & Saturno iunctus per corpus, qui & ipse combustus erat: convenit vt eo anno moreretur 9. die Nouembris 1507.

LVI.



Cum Luna esset infortunata in duodecima, ibique Saturnus, Venus, & caput Saturnus autem cadens Martem & ipsum cadentem infortunio afficiebat: uterque autem Mercurium horoscopi dominum & sub terra existentem male affecit. Erat autem Mercurius etiam in quadrato Ionis infortunati. Quamobrem Sol solus vitæ defensor relinquitur, & hic est in trino Iouis, sed infortunati. Sol vero non est temporis dominus, & infortunatur in virgine, & locus ille est Ioui inimicus. Quia igitur Sol sub terra fuit, diu viuere non potuit, sed tabescens miro morbi genere tenebatur, ut illud incertum esset. Quid admiratione dignius, an talem morbum posse ei ætati superuenire, an tantam morbi magnitudinem infantulam posse perferre? Mortua est igitur anno tertio ætatis suæ.


LVII.



Symon Mantegatus aurifex, qui in iuuenta mortuus est tabe, cum haberet omnes Planetas sub terra. Vitæ largitor est ascendens. Sol damnatur à Marte, & Mars à Sole & uterque damnat Iouem de quadrato, quia Sol cadit in aquario, ubi est Iupiter. Mars etiam damnat Lunam, & ipsa infortunatur in aquario: ascendens vero infortunatur à Saturno per quadratum. Igitur oportet ut sit brevis vitæ: sed quia Mercurius est saluus, propterea dirigemus eum

ad corpus Martis & quadratum Lunæ, & tunc morietur, quamuis à natiuitate propter quadratum Saturni & Veneris inimica ascendenti fuerit tabificus. Mortuus est igitur anno XXI. completo, & hora reuolutionis mortis fuit Luna sub Sole combusta infortunata in octana parte scorpionis, & Iupiter combustus in 24. parte eiusdem: & quod peius est, uterque proprio motu iungitur Soli, nam Luna est velocior Sole, & Sol Ioue. Et Saturnus solus fuit supra terram in sextili longarum ascensionem cum Ioue & in virgine, ubi Iupiter & Saturnus infortunantur: Mars fuit cum capite, valde ei proximus, & Venus domina ascendens, cecidit in initio scorpionis, loco malefico, etiam propter Martis terminum. Et erat particularis Alfridaria Lunæ, & ipsa in reuolutione damnata, & vniuersalis Solis, & ipse in genitura infortunatus. Ideo mortuus est 1509. die 17. Februarij mane, & tunc Iupiter erat iuxta locum Saturni in genitura, Saturnus iuxta locum ascendens, & Luna iuncta Mercurio in 15. parte aquarij, ubi erat in genitura, qui est locus quadrati Solis & Martis, Mercurius vero tunc dominus 7. loci, in quo erat ipse Saturnus, ascendente parte postrema piscium, in qua Mars erat.

LVIII.



Hic puer anno 1539. cum annum nonum expleuisset, publicè in gymnasio Patanino disputauit, perorauit: & extra eius oratio typis excussa. Callet etiam linguas pro ætate, plus quàm sperari debeat. Nec omnino mirum, cum viderim puellam septem annos natam, coram Pontifice Paulo, sine vilo labore, sine studio, latinè loqui. Huius tamen propter scientias etiam admirabilior genitura, quam cum pro anno & die certam habeamus, minime tamen horam certam assequi potuimus, scientes solum eum ante ortum Solis natum. Effecit igitur, ut ex effectu, horoscopus constitueremus, in cuius trino est Iupiter, Saturnusque in terra triplicitate, alter etiam in alterius trino. Luna in Martis opposito, dans acrimoniam, quia discedit, & Mars in loco gaudet, domus enim sua. Tum vero Mercurius Veneri iungitur in constellatione capricorni, de natura Iouis, Saturni, & Mercurij, Vtrunque

Utunque autem necesse est, vel esse in ascendente, vel ascendens respicere. Vnde cum signum etiam terrenum sit, erit hæc scientia valde præcox, dominante siccitate: & quia Iupiter damnatur in virgine, & Luna est in opposito Martis, & Sol cadit in aquario, successu ætatis habebit multa inconuenientia. Quod si cum hoc ascendit capricornus (est enim signum terrenum) impossibile est ut non eueniat illi detrimentum, secundum regulas superius datas. Et si hæc constellatio fuisset in alia triplicitate, maxima bona polliceretur, ita maxima, ut penè incredibilia: esset enim excessus idem in comparatione ad perfectam ætatem, quo nunc pueros suæ ætatis antecellit.


LIX.

Mulieris quæ veneno perit.

Septimus locus, & dominus eius, & Sol, sunt in signo bicornoreo, ideo significantur duo coniuges.

Et quia dominus quinti loci masculinus, in masculino signo & in sextili Iouis, & iunctus Veneri, & uterque in 11. loco, indicat multos filios masculos. Suscepit igitur filios nouem, solpites masculos, Saturni autem casus innat ad hoc ut sint solpites.

Cumque Mercurius sit occisor, & ipse cum cauda, & in sextili Saturni, indicat mortem violentam veneni causa, tum magis quod Saturnus est in scorpione. Mortua est igitur anno 50. ætatis sumpto veneno ab inimicis suis. Tum igitur Sol peruenit ad corpus Saturni, & sextilem Mercurij cum cauda existentis in scorpione, & loco peregrino, & ascendens cum Luna infortunata




cecidit in quadrato Saturni eleuati in corde cæli, & cum capite draconis existentis. Ideo cum dominus ascendens esset infortunatus, mortua est eo anno, vt diximus.

LX.

Veneriarum ædificatio.

Non admodum magnam fidem his habere necessarium est, cum pleraque in eis

falsa sint & commentitia. Si quis tamen mihi hanc cæli constitutionem pro vrbis origine ostendat, hæc dicam vociferans. Et spica virginis in imo cæli cum Saturno forti, diuturnum regnum & stabile pollicentur. Mars in quarto loco secundum vim cadens, in bello plerunque infelices ostendit. Mercurius





in octavo loco Ioui iunctus in piscibus, quod in eis maxime infortuetur, ad literas aptos minime faciet; quod & magno miraculo consecutum est. Ab eius enim ædificatione vir maximus in re literaria vsque ad hanc diem non extitit, nisi viuentibus faucamus: etsi tamen Sadoletus & Barbarus, inter egrogios viros concinitate linguæ possing adnumerari, ambo nostræ ætatis viri. Luna in Iouis quadrato & Martis trino, tum etiam in Mercurij trino multa pollicetur, sensus & rationis constantiam, legum custodiam, audaciam etiam in periculis, ac pro aristocratia celeritatem. Sol in nona, religionis conseruationem. Quia vero Sol in cæli corde exaltatus, erit nomen eorum insigne ac gloriosum: multa tamen à proditoribus damna patientur, quia Saturnus in Solis opposito est. Sunt autem maximi virtutum æstimatores, ac ad publicam vtilitatem paratissimi, qua in laude à nulla Italæ vrbe superantur. hoc autem longe melius ac præstantius eruditione. Facit hoc Luna & Iupiter domini ascendens, Mercurio per radios vel corpus iuncti. Cacodæmonæ earent, ideo numero perfecto reuolutionum terminabuntur. Proximior tamen locus cacodæmoni, & à quo magna detrimenta patientur, initium cancri est, ibi radij Solis & Saturni quadrati, nec conuenientes signo, & in 12. loco. Igitur prælio nauali superabuntur, prodicione etiam adiecta.

Mars

recuperabit, donec vterque manserit sub radiis Iouis, id est per annos 24. Saturni, &

LXI.



MArs in Ionis trigono non conueniens, & Luna in opposito Veneris in Scorpione, multa detrimenta bellorū causa ostendit, atque in his aliquando infelices, & multam sobolem mulieribusque deditos nimis, atque ea causa infortunatos. Porro Mercurius in domo propria, in Saturni trigono, ipso in acriario existente, diuina prorsus ingenia, tum etiam ad artes præstantissima. In cæteris valde diffusa est hæc cæli constitutio, quam vix verisimilem esse crediderim. Homines misericordes, laboriosi, ingenio magno præditi, minime concordēs, publicæque vtilitatis custodes. Populus simplex, ac lenis, benefici tamen ac ciuiles. Vrbs ipsa talis est, quæ si optime regatur, nulli alteri veniat postponenda, nec vlla alia eruditorum maiorem copiam virorum nec insigniorum edidit, vel fortiorum. Iacet tamen suo olim intestino iactata malo, quo & Roma, iam gentium domina, & ipsa exteris seruire cogitur. Eudæmonis locus vnus Saturni, alter Mercurij, tertius Ionis. Cacodæmon octaua leonis pars, alter scorpionij, pars vigesima prima. Quadratum Solis ac Iouis, non ex conuenientibus signis, seruire alienis cogit.

LXII.


Florentia instauration.

Civitas hæc Martem habet cadentem, unde non multum bello proficere potest. Ostensum est autem Mercurium in piscibus damnari, vnde ad literas non adq̄d vt Mediolanenses apti. Dñi libertatem retinuit, nuper amisit: causam in libro de Arcanis æternitatis aperuimus. Luna etiam à Saturno & Sole infortunata. Saturnus in cæli meditullio & domo propria & mobili signo, mutationes multas à seipso ostendit, seditionesque. Cum igitur Saturnus & cæli medium peruenerunt ad Iouis quadratum hostilem, in vltima parte capricorni, amisit vrbs libertatem in 26. anno Saturni, nec

Tom. V.


fic de aliis. Diuides igitur tempus ædificationis vrbs per annos 29, menses 6. seu annos 29. menses 5, dies 11. si ad vnguem magis vis operari, & numerum exeuntem tanquam partes æquales adde proprietati significatoris, & vide vbi terminatur locus in Zodiaco. Exemplum habes in sequenti reuolutione, etiam pro genituris.

LXIII.



Manifestum est, quod Mercurius in ascendente in quadrato Lunæ amico dat bonam rationem, si hæc est figura. Luna vero in trino Veneris, facit generaliter studiosos venereorum, & mulieres formosas, ac etiam viros. Mars vero in Solis opposito, & in septimo loco, malos mores, pluresque mala morte terminari, amatores armorum, quia est in sagittario. Saturnus enim eanda non permittit, vt exaltentur super alias vrbes, nec exaltabuntur: quia tamen est in libra, custodiunt quandam libertatis speciem.


LXI V.



H Vius extant volumina plurima, gratia plena, in sacra pagina, namque Saturnus & Venus cum spica virginis fuerunt. Scæpius autem dictum est, hanc stellam nostræ religioni præsidere, vt causam naturalem, quæ cum Ioue etiam in Sernatoris genitura horoscopum occupabat. Mercurius in corde Solis fuit, Solque in septima. Studium igitur & eruditionem ostendit: nam Sol ascendenti dominatur. Ipse vero infortunatus, vt non posset ad dignitates peruenire. Cumque Iena à Marte in cæli medio & in capricorno infortunetur, tum etiam à Saturno mortem proculdubio publicam & ex igne decernit. Combustus igitur Florentiæ est.

Quis ad vnguem melius hæc quæ acta sunt exprimat: vt res ipsa, ficta quasi, credi posset: nisi quatuor has extremas Georgius Ioachimus noster, iam perfecte libello misisset, quas adiungi curauimus. At vero manifestum est, quod hæc genitura multis redundabat calamitatibus, etiam præter exitum animique vitis, quamvis naturam, consilium partim texerit, partim emendarit.


LXV.



E N eius, qui per calumniam Astrologiam infectatus est, genituram, verum non absque ratione. Luna in Saturni & Mercurij


quadrato, cum ipsa atque Saturnus in domibus ac fixis signis sint, ipseque Saturnus genituræ dominus, profundissimam magnoriam acreque ingenium ad studia, incorruptamque perseverantiam decernunt. Tum vero quia Luna in octauo loco erat, erat turbidum ingenium: & quia radiatio quadrata est, iudicium tollit. Manifestum est autem luce clarius, quod diuitias spargeret, nam Mars in secundo loco: non tamen deficiente crumena, nam Sol in eius trino, & ipse in domo sua. At quia ambo in triplicitate aquea, nomen decernunt gloriosum. Deiectum vero animum, & à generis origine alienum, faciunt cadentes omnes Planetæ ab angulis, præter Iouem, qui in capricorno cadit. Necessè vero est, & brevis vitæ hominem fore, cum sola Luna, quæ super terram est, à Saturni & Mercurij radiis, tum etiam Martis impedita, vitam admittat: quæ nisi Solis sextili foueretur, atque in tauro domo sua esset, mortem in infantia decreuisset. Vixit igitur annis XXXIII. cum eius obitum Astrologus eodem anno prædixisset, qui etiam aduersus illum scripsit.

LXVI.



H Ic Germanus maximus vir fuit, Luna, Sole, Saturnoque in trigono constitutis, omnibus autem in domibus Saturni ac Mercurij, cum Mercurius ipse etiam in domo sua fuerit, ac cum tauri sinistro oculo, at Saturnus etiam cum spica virginis: quo fit vt cum ab angulis abessent, potestatem quidem nullam aut dignitatem, nomen tamen insigni ei dederint. Cum vero ♃ peregrinus in signo fœminino fuerit, ac cadens, pauper cum hac tam insigni gloria necessario semper fuit, etiam fuit iuxta Fomahant. Mercurius autem ipse in Martis sextili, acutissimum illud decernit ingenium, quo multa nobis monumenta suæ reliquit industriæ.

LXVII.



Iam non desino dicere, cuncta necessitate quadam euenire, dum enim de adiiciendis genituris cogitarem. Forte fortuna Georgius Ioachimus in Italiam ex Germania venit, vir humanus & in Mathematicis haud mediocriter eruditus. Sed in primis, primo more officiosus, ac syncerus, hic clariorum virorum genituras, quas secum habebat, mihi obtulit vltro. Vessalij, Ioannis Monteregij, Cornelij Agrippæ, Politiani, Iacobi, Mycilli, Osiandri, quarum aliquot addidi huic operi ad centenarium explendum, dubias enim omnes reieci. Vt igitur ad rem ipsam veniam, prius dicenda sunt aliqua de viro isto. Natus est hic pauper, simulans autem multa se scire, quæ tantum à longe salutaerat, temporum improbitate. Factus inreconsultus ad scribæ Regij fastigium ascendit, hoc ostendit Iupiter in quadrato Solis, & quia vterque cadebat ab exaltatione, & erat in mobili signo, & etiã ab angulo, significat, quod esset hoc extra patriam, cum modica vtilitate, & quod tandem caderet ab illa dignitate, saltem re, si dignitas esset natura perpetua. Sicut accidit cuidam doctori, qui prohibitus est publice, vestibus præcis doctoris facultate in perpetuum vi.

Et quia Iupiter aspexit ascendens de trino significauit comitatem, & vrbantatem, vsque ad scurrilitatem, quia cadebat à loco suo, & etiã ab ascendente, cum esset oppositum suæ donus.

Et quia ascendens fuit virginis initium, & ipse Mercurius dominus domus, exaltationis, trigoni, ac ibi etiã stella de natura Mercurij & Venèris, significat, quod esset totus mercurialis, vt dicunt, id est ingeniosus, varius, mutabilis, mendax, subdolan, studiis deditus, & ita composuit librum de occulta philosophia, in quo congeffit mille iugas, nulla penitus re vera existente, & meretur talis liber comburi: cum sedicat homines, tum argumento, tum viri nomine illo inani scripsit & alia quedam, inter quæ de ignibus, sed non vidi, alia autem opuscula ad amicos nostros peruenerunt.

Et quia cauda fuit in gradu ascendente, significauit ingenium acutissimum, vassuro, non tamen aptum ad disciplinas, maledicam, & mali animi, & ideo scripsit de nati-

Tom. V.

nitate scientiarum, in quo præter argumenti nequitiam, ostendit etiã suam ignorantiam, dum tractat quæ nescit, p̄acet tamen multis, vt afinis paleæ.

Et quia Iupiter cadit, & pulsatur radiis Solis infortunati & Sol in secunda, significauit, quod moreretur in paupertate, & sic mortuus est in miseria.

Et quia Luna erat in trino Venèris, & sextili Martis, significauit hereditatem, & dinitias causa mulierum, & nescio an habuerit illas, significant etiã, cum omnes sint peregrini, & in terreis signis, & domini trigoni ascendente, itinera multa per terram.

Et quia Saturnus & Mars sunt in angulis, & Mars est in cœli medio significat carcerem & tormenta, & mortem publicam. Et ita fuit captus, vt hæreticus, ob caudam in ascendente, & mansit plusquam per annum in carceribus, inde exiit, quia Mars flebitur à sextili Lunæ & Venèris, & non aderat aspectus malus, & ipse erat doctor, & magni nominis, & ita oportet, vt in his consideret astrologus, quæ dicta sunt in capitulo tertij libri de hac re, & hoc accidit, cum ascendens peruenit ad quadratum Ionis: & mortuus est, cum peruenit ad sextilem Saturni, qui erat hostis ascendente.

Et quia Saturnus respexit ascendens de quadrato, non potuit esse pulcher, nec bonus omnino, nisi quia vtrumque mitigatur à trino Ionis.

Et quia Saturnus respexit Solem sextil aspectu, indicat, quod haberet etiam fundos, & honores, & dignitates, & in quibusdam rebus perseverantiam, & quod futurus esset illustris mundo.

Et quia Sol est in quadrato Ionis, significat potestatem aliquam, & ideo fuit Iuris consultus, & cum magistratu.

Et quia caput fuit in occidente, significat mortem ex genere strangulationis aut veneni.


Et quia Mars fuit cum dextro humero Orionis, significauit quia erat de natura Martis & Mercurij, quod faceret quedam suam, sicut faber, & quod esset industrius & magni ingenij in hoc.

Et quia Mars erat potens, & respiciens Venèrem, & Mercurium, significat, quod esset incontinens circa mulieres & quia Saturnus erat in angulo, significauit labores, & Mars etiã malos mores.

Et quia cor cœli fuit 24. pars Tauri, & radij Lunæ, & Venèris, dominantium ante illud, significat quod vis, & initium suæ potentie esset à mulieribus.


Et quia Luna erat in octaua in ariete, significabat, quod delectaretur animalibus quadrupedibus, plusquam deceret.

LXVIII



Quia Luna est in quadrato Martis in duodecima, habebitur pro infano, & sic perseveravit vsque nunc operatio hæc. Quia Venus ascendens est domina, in quadrato Saturni, significat morbum inseparabilem, ex genere hæcisis & hecticæ: & sic iuit deploratus ter aut quater, & fuit empicus, & quia Mars respicit Mercurium feliciter ex parte vtriusque vel saltem Mercurij, significat ingenium acutum. Et quia Iupiter est in secunda, significat dinitias, & sanitatem tandem, & quia Sol est in septima, per angulum & lineam, significat dignitatem, factus est medicus principis. Igitur & nunc est, tum magis auget fortunam Lunæ cum Ioue sextilis, & Mars in tercia in trino Mercurij, significat itinera; in quibus ditabitur.


LXIX



Sol, Luna, Mercurius respexerunt ascendens benigno aspectu, & ideo significant vitam diturnitatem, & quia Luna Mercurio iuncta est, significat ingenium, & rationem bonam, & maximè, quia Mars respexit illos sextili radio, & caput in cæli medio, dat primum locum in sua arte, est autem arithmeticus optimus, & hortationibus suis induxit me, ad edendum ea quæ edidi, & Mars in septimo loco, cum fuisset patria direpta, significavit vulnera, vnum in pede quo claudicat, aliud in facie: Iupiter in opposito Veneris lucrum significat. Erit autem valde longævus, & Sa-

turnus in ascendente declarat mores, parcitatem, tollerantiam, nam est in finibus suis.


LXX



Hic cum habeat Mercurium in corde cæli nostræ genituræ, & Lunam & Martem, & ascendens, in loco Veneris & Mercurij nostræ genituræ, rursusque Iouem in loco Solis nostræ amicitiam naturalem significat, etn iure collegij prohibeamur.

Iupiter in quadrato Solis, significat consilium, & audaciam in suo genere, his cadentibus tamen, humilem effectum. Mercurius in quadrato Martis, Luna, & ascendens, ingenium & imaginationem, nec habebit filios, nam Saturnus est in quinta. & Sol in quadrato Iouis, quamuis speret habere: & quia Sol est in sextili Saturni, significat, quod habebit memoriam, & patientiam, & Solis aspectus cum Ioue & Saturno, effecerunt quod præter omnium expectationem, doctor medicus euasit, quamuis humanioribus literis fermè careat. Luna cum Marte peregrinis in ascendente, homicidium & exilium minantur, & per hæc omnia transit.

LXXI




Hic, cum Saturnus & canda Solem damnent, rursus Sol damnatus Saturnum, ambo cadentes, & peregrini, post humum nuntiant, et t autem difficili ob hæc etiã aditu ad honores, nisi religionis. Luna vero in cæli medio cadens, in sextili Solis & Iouis, in trino existentium

existentium inimicem, dat honores ex rebus variantibus, non firmis, eritque instabilis consilij, quia ascendens & Luna, sunt in signis mobilibus, & Mercurius etiam.


Coniunctio autem Veneris cum Mercurio, ingenium dant, & quia dominus ascendens est cum cauda, erit fallax, & vix euadet ne corpus eius ab inimicis dilaceretur, vitæ dator est Luna. Paucis ab hinc annis, dum esset puellus, cecidit in puteum, & prater spem euasit. Saturnus in tertia fratres denegat.

LXXII.



LVna in Eudemone Francis Sfortiæ, ducis Mediolani, cuius est posita genitura 45. & Iupiter in quadrato ad vnguem Solis, in angulo existens, & cum murtua benenolentia, & Luna in prima, & Mercurius soli iunctus, hæc diuitias maximas, honores, legationes, potentiam, magistratus rationemque firmam, & illustrem præstant. Caput cum Saturno domino ascendens, cartum valde, & consilio tecto ostendit. Venus & Mars in octauo, multa facit circa venerea, est autem Mars proximus trino Saturni. Et Sol est cum afinis, ideo oculorum detrimenta significat.

LXXIII.




Hic literis Græcis ac Latinis eruditus, magnam in ciuitate habuit auctoritatem, vir iracundus, sed non adeo malus, pro temporum conditione præstat hoc Luna iun-

Tom. V.


cta Ioui, & Venus capiti Draconis, cum sint domini ascendens, eadem Venus in sexta cum nodo, in aqueo signo, podagra enodes facit articulos. Luna cum corde leonis, quod illi prædixi, perpetuam dat gladij potestatem, & quia Luna iuit ad Solis quadratum, & Iupiter cum Saturno in opposito, significat ingentia pericula, & inimicos, & quia Iupiter est cum Luna, & stellis de natura pluuiarum, significat diuitias ex aquis, & significat etiam multitudinem filiorum, habuit enim xij. filios. Mortuus est igitur in dignitate, annis 52 perfectis, 29. Octobris in vespere, & tunc erant Planetæ sic. Sol 16. ♃. Luna 71. ♃. Saturnus 12. ♄. Iupiter 2. ♃. Mars 17. ♄. Venus 1. ♀. Mercurius 28. ♃. Caput Draconis 28. ♄. Anareta igitur Mercurius, & Saturnus quadrato respiciens Lunam. Luna in loco Martis genituræ, mors ex morbo laterali, & longa ægritudine.

LXXIV.



Cum omnes planetæ sint in diuersis signis, omnes tamen sunt in trina radiatione. Mercurius & Venus cum Saturno & Marte, & omnes hi cum Luna, & rursus Sol cum Ioue, ideo ex pauperrimo euasit ditissimus, cum dignitate & potentia. Principibus Regibusque notissimus, peregit itinera multa, quia Luna est peregrina, in nona domo.

LXXV.




Hic maximus est, & prælongus pro ætate, causa pertinaciæ est Saturnus, do-

T t 3 minus


minus ascendens infortunatus, combustus, & Venerem dominam ascendens ac combustam premens, tum Lunam cadentem peregrinam quadrata radiatione ex sublimi. Sicque pater à puero loris, nec verbum poterat extorquere, vagus erat etiam, & à patre fugiens. Saturnus & Venus in summitate parvorum circulorum ante ætatem, corporis adiciunt magnitudinem. Manifestum est quod erit maxime infortunatus, & vix evadet, qui biothanatus moriatur, Sinistri etiam oculi patietur offensam.

LXXVI.




Hic omnes stellæ sunt supra terram nisi Sol, sepe vulneratus, utraque enim ascendens domina, in domo Martis, altera illi iuncta, altera cadens, & in inimicorum domo. Cum autem omnes hi cum Marte sint in Mercurij sextili, ingenium & eloquentiam quantum ad ius habet. Luna in duodecima peregrina, in trino Saturni in octava existentis, & ipsa domina ascendens, carceres minatur. Fuit autem in eis non semel: quandoque etiam ad perpetuos damnatus. Sol in ascendente robustam vitam. Iupiter in quadrato Mercurij, ambobus in domo existentibus propria, auget eloquentiam & consilium, sed repugnantem sententiam communi sententiæ præstat, inde hæreticus iudicatus, infamiam, carceres, & vitæ pericula acerba subiit, non solum in sacra pagina, sed in omnibus disciplinis (plures enim caller) inauditas & absurdas excogitavit opiniones. Mars figuræ dominus, stella cum Mercurio de natura Martis, vix ignis periculum effugiet, absurda venere laborasse necessarium est, nam Venus in masculino signo, in domo Martis, cadens, & in sextili Mercurij.

LXXVII.



Locus ascendens, aspectusque Saturni ac Solis, studiosum faciunt. Saturnus combustus in aqueo signo, humore calido elidit omnes dentes. Mercurius in trino Lunæ, cum cauda existentis, ingenium acutum, memoriam quam vocant reminiscenciam, & admirabilem præstat rationem, itaque Latine Græceque apprime eruditus, iam prima inventa utramque linguam Mediolani publice professus est profitereturque, multa etiam quæ vidi conscripsit, sed duo tantum edita volumina, vir certe mirabilis. Mars & Sol mutuo se trigona radiatione, ac ascendens, aspicientes illustrem reddent hominem fama, nam trigonum aequum possident. Mars defert radios Solis ad Ionem, vnde etiam dignitates habebit & sacerdotia, tum multos hostes occultos, erit mutabilis opinionis & inconstans, veneno morietur, aut dilaceratione ab hominibus, quia cauda est cum Luna in octava, & erit mors eius ambigua apud multos, quoniam de causa dubitabunt. Saturnus enim sub radiis Solis est, erit audax, diuitias congregabit, rursusque disperdet, plurima itinera & longa suscipiet, & extra patriam morabitur.


LXXVIII.



Hic primo fuit (ut vocant) frater, idest Monachus: post explorator in Gallorum castris: post præfectus sacerdotibus (æconomum vocant) magna est authoritas post cecidit à dignitate, inde accusatus, captus, in cauea positus: & pro spectaculo, ac ludibrio


Indibrio populo expofitus, lingua lignis con-
 ftricta, demum poft nouem aut decem men-
 fes enafit, exilio damnatus. Hæc omnia facit
 Mars in fublimi pofitus, afcendens ad abfi-
 dem, in figno fixo, cum afino, de natura
 Martis & Solis, in quadrato Solis & afcen-
 dentis & trino Lunæ. Iupiterque in qua-
 drato Saturni cum capite existentis fignificat
 omnino periculum violentæ mortis, fed quia
 funt fub terra, non eft adeo euident, trinus
 Iouis & Lunæ dat dignitates, fed Iupiter ca-
 dit. Afcendebant stellæ in horoscopo naturæ
 Martis & Mercurij, & radij Martis ibi, &
 fupra Lunam, ideo maledicentiffimum mor-
 talium effecerunt, & fi quis recte confideret,
 hæc fgura non habet nifi violentiam, &
 malos afpectus erraticarum.

LXXIX



Iupiter in virgine quod etiam in prima ge-
 nitura ostendimus, & in afcendente dat,
 melliffimum fcribendi modum, quod iuuat
 non parum Saturni trigona radiatio. Scripfit
 multa, epiftolas Afolanos de lingua mater-
 na feu Italica, bonus Poëta. Mars auget hoc
 in fextili vtriuſque exiſtens, fuit ab epiftolis
 Leonis Pontificis maximi. Luna in trino So-
 lis potentis maximam fortunam affert. Nul-
 lus malus afpectus. Luna etiam ad trigonum
 ibat Mercurij, vnde longam vitam fœlicem,
 ac cardinalatus decernit dignitatem quamuis
 fero. Abſunt regiæ ab erraticis.


LXXX.



O mnes planetæ hic præter Saturnum fu-
 pra terram dici poſſunt. Caput, Iupiter,


& Venus, iuncti, ſecundum decreta noſtra,
 vt alii diximus, neceſſario ingentem ali-
 quam fœlicitatem decernunt, factus eſt Car-
 dinalis, anno ætatis ſuæ peracto 49. cum So-
 lis fextilis ad cor cæli peruenit, & ad Iouem
 illius loci dominum Solis corpus. Vnde patet
 quàm clara ſint noſtra præcepta, ſi quis aliis
 relictis, ea candidè ſequi velit, nam ad du-
 plicatum eudemona Solis atque Saturni tri-
 nus peruenit, eodemque anno in reuolutione,
 verſa vice. Iupiter ad Solem eadem in par-
 te, Spica Virginis in afcendente leporem &
 ſapientiam præſtant, ſcientiam etiam eorum
 quæ ad religionem pertinent Chriſtianam.
 Sed nec hoc ſcimus, an exquiſite in horoſco-
 pi linea ſit. Cum Luna eſt ſtella exigua de
 natura Veneris & Mercurij, & eſt iuxta dor-
 ſum leonis, alia eiufdem naturæ & tertie
 magnitudinis cum Ioue & Venere, quæ valde
 potens eſt. Cum Sole regia quæ vocatur lu-
 minoſior, lancis borealis de natura Mercurij
 & Martis, & eſt ductoria quam vocant ma-
 gna, adeſt & trigona radiatio Saturni cum So-
 le, ideo illuſtriſſima eſt hæc genitura.

LXXXI.




Luna in prima apparitione iuncta Mercu-
 rio ingenium acutiſſimum præſtat, in Sa-
 turni quadrato, cogitationes melancholicas,
 & tamen prudentiam ſingularem, nam Sa-
 turnus erat in capricorno. Sol & Luna in
 nona, fecerunt eum ex ordine canonicorum
 regularium. Iupiter in corde cæli, fecit
 eum apud illos tantæ potentie, vt Rex ap-
 pellaretur, & fuit noſter amicus etiam ex hoc.
 Nam locus ille eſt mihi locus Iouis & afcen-
 dens. Iuuit dignitates Sol in gaudio ſuo exi-
 ſtens. Saturnus in ſexta, & in quadrato Lu-
 næ & Mercurij, moleſtas & longas indicat
 ægritudines, cum Iupiter ad Martis quadra-
 tum perueniſſet in annis 52. captus eſt à ſuis,
 & ad perpetuos carcereſ damnatus, in qui-
 bus etiam nunc eſt. Oſtendit hoc Mars &
 Venus in octaua in fextili Saturni.

LXXXII.



Sic hoc tempus in suo libro de simplicibus medicamentis scriptum inueni. Et quanquam non satis felix fuerim ad hanc usque diem ob benefacta, malo tamen veritatem non relinquere, quam ingratos non experiri. Nempe hic vnus à Vessalio, solus videtur scribere, quæ sciat, his temporibus in medicina, alij vel erroribus chartas implent, vel nugis, vel ambiguis orationibus. Mercurius cum Venere & Sole in Lunæ opposito hoc significat. Sed dices. Saturnus & Mars impediunt: dico quod non impediunt, sed mores significant, decernuntque pericula. Luna vitam significat. Cauda Cigni cum Ioune existens de natura Veneris & Mercurij, diuitias, potentiam, & honores auget, in eadem enim parte est paucis minutis distans. Esse pertinacem & ambitionum, positio erraticarum in fixis signis omnium, & Venus cum Sole, & Iupiter cum dicta stella decernunt, caueat tamen sibi. Ego hominem hunc non vidi vnquam, magnus tamen corpore esse debet. Scripsit multa & præclara in medicina, & lectu digna.


LXXXIII.



Hæc genitura est Principis viuentis, & cum habeat Iouem in Veneris opposito, significat abundantem luxum felicitatemque. Sol cum Mercurio in ariete, discurrend per singula rationem bonam. Mars & Saturnus in sextrili Iouis potenti, Saturno


cadente aliqua decernit pericula ex occultis insidiis, ipsumque ad aliqua peragenda disponunt, quæ non adeo quandoque à cæteris probentur. Propterea suum est etiam moderari in his, & hæc si genitura sua non sit, vel ludo, vel etiam consulto, multa principum genituræ falso circumferuntur.

LXXXIV.



Horum duorum fratrum genituras posui, quod annis plusquam viginti inuicem litigarunt, nec vnquam amicorum præcibus, vel Senatus autoritate in amicitiam vel concordiam redigi potuerunt. Causa horum est, quod vtrique habent superiores retrogrados, & ideo (vt dicitur) Conueniet nulli qui secum dissidet ipse. Ipsi etiam in hac genitura opponuntur loco Solis in sequente. Mercurius in ascendente peregrinus, in prima statione (vt vocant) obstinatum significat. Sol etiam & Mars & Mercurius sunt in domo fratrum in tertia in natiuitate sequenti, ideo significatur discordia cum fratribus, & illorum prauitas. Declaramus etiam, quod Iupiter & Mars significant fratres, & ipsi opponuntur ascendenti, & quia Luna fuit in virgine, cum cauda, in quadrato Solis, ideo Sole male posito, amentie famam inurit, & sic nunc adhuc viuit, vir eruditus, nec præter pertinaciam malus.

LXXXV.




De hoc satis dictum est in præcedenti, nec noui hominem, vitam tamen habebit laboribus

laboribus & difficultatibus plenam, nam maximi superiores sunt in cœli medio & retrogradi.


in sextili Veneris hoc præstant, ingeniumque non mediocre in his. Saturnus in quadrato ascendentis dat acumen & cogitationem, & morbos ex pituita, & melancholicas cogitationes. Mars cum corde scorpion, præstat audaciam, & etiam pericula, & terrores cum Saturni situ. Semper enim Saturnus in cœli medio, hominem obicit periculis. Venus in ascendente dat melliflua verba, quæ est in signo, in quo cadit & muro. Cum Ione est, & significat aliquando laborasse inopia, & detrimenta etiam in pecuniis, & quia Sol & Luna sunt cadentes, religionem significant, hominemque sacris addictum. Locus Solis illi est, qui & mihi, vitæ largitor Venus: quæ quia est in ascendente, vitam præstat diuturnam. Sacerdotium dedit Saturnus cum regulo existens, idem facit ut lentus necessario sit in suis negociis, ac à multis in veneratione habitus:

LXXXVI.




Hic dum in domo mea maneret, agenti quartum decimum annum, prædixi, quod breui vel amitteret oculum sinistram, vel magnum periculum passurus, intra xvij menses aduenit illi phlegmon in palpebra sinistra, adeo ut ferme oculus sit periclitatus, causa prædictionis, fuit Luna infortunata in septima, in quadrato Saturni, existentis in sublimi. Sed quia est mutuum domicilium, nam Luna exaltatur in tauro, & aquarius est domus Saturni, & Iupiter est quasi in opposito, ideo post longum tempus enasit, oculo minime vitiato, & quia Iupiter est in ascendente, in trino quasi Martis, erit robustus & agilis, nec deficietur visu, & quia Mercurius & Luna sunt in sexta, pullari à Saturno incommoda ferme perpetua decernit, ob quæ nomen eius præterij habebit hereditatem, & erit fidelis etiam & probus, & manifestum est quod vita sua erit plena laboribus, & erit satis longævus, armisque ac certaminibus delectabitur, in quibus pericula & damna subibit, & extra patriam per tempus longum viuet, hoc tamen non adeo certum.

LXXXVIII.



Si hæc sua est genitura quam mihi dedit, nunquam ab optima fortuna destruetur, nam Sol cum oculo tauri sinistro, in trino Lunæ, est quæ est in ascendente. Mercurius etiam in quadrato ascendentis, & Iupiter cum capite, in sextili Martis, nullus denique malus aspectus, tres etiam planetæ in cœli medio. Ego hercle si optarem, talem eligerem, nam & Mercurius est cum Aurigæ, stella primæ magnitudinis, naturæ Martis & Mercurij. Saturnus & Venus cum dextris humeris aurigæ, & Orionis, altera primæ, altera secundæ magnitudinis, naturæ Martis & Mercurij. Iupiter etiam inter pleiadas, quare talem genituram, pondus ingentis felicitatis consequatur. Habet sane filios multos, præclaras animi dotes, potentiam, felicitatem, prudentiam singularem, nihil deest præter corporis incolumitatem, & ut hominem se esse meminerit.


LXXXVII.



Hic ex Astronomia sacerdotium est consecutus. Luna in trino Mercurij, &


LXXXIX.

LXXXIX.



Quamvis hic Mercurius in domo sua, & in trino Iouis sit, & iuxta oculum Tauri, & Caput etiam in ipso gradu ascendens, non tamen hæc operum magnitudini, industria, ingenioque tanti viri satisfacere possunt, nec Saturni quadratum cum Sole & Marte, istud significare potest. Quinimo Mars & Sol & Luna in octava; in quadrato Saturni, vitam denegassent. Sed hæc monstruosa est, ut etiam in reliquis rebus naturalibus contingit monstruosa quædam videre: Vel hoc facit Luna existens cum Orionis cingulo ferme per partem ipsam, studium igitur hic & ingenium apparent: cætera ex revolutionibus pendunt. Sed cur de hoc miramur, cum Monteregij multa sibi ex aliorum laboribus ascripserit. Tabulæ directionum magna ex parte sunt ipsius Ioannis de Blanchinis Itali, extrant apud me locupletiores, illas Monteregij vidisse constat, cum de aspectibus loquitur. Epitoma est Madiolanensis cuiusdam, antequam etiam Purbachius Monteregij magister nasceretur, Libri de triangulis sphericis inuentio est tota Hebræi Hispani. Ephemerides inventæ sunt antequam nasceretur, habui enim Ephemeridem anni 1412.


XC.



Scias quod Mercurius est cum cane minore, & Mars cæli medij dominus cum Re-

gulo, & Iupiter est cum capite, in sextili Saturni cum concordia: quare significat ingentes diuitias, cingulus Orionis significat studium & perseverantiam. Mercurius cum cane, ingenium varium, dolosum, & prudens, felix etiam ob Venerem. Luna est cum stella naturæ Martis, & damnat oculum sinistrum, & quia Mars est in opposito Iouis, & trino Saturni, & cum corde leonis & cauda, significat ingentem in arte famam & dolosum virum tamen Græcarum inscium, nihil in arte habens dignum, ob quam tantam gloriam adeptus sit, atque eam ob causam magis admirabilem, quod mediocriter eruditus, maximam de se opinionem, apud principes etiam præfiterit, hoc fixæ & Iupiter dant.


XCI.



Luna est cum sequente duarum contingentium ventris capricorni, de natura Martis & Mercurij. Iupiter cum dextra vertebra aquarij, naturæ Saturni & Mercurij. Sol & Mars cum stellis, de natura Saturni, Mercurius cum corde leonis. Saturnus iuxta spicam virginis. Igitur secundum principia nostra, Mars cum Sole decernit iracundiam, & homicidia, & quia est in septima, violentam decernit mortem, tum maxime, quia Saturnus est in cæli medio. Et quia Luna est in trino Saturni, in eius domo, significat diuinatorem, & artibus vanis deditum. Et quia Venus & Mercurius sunt cum corde leonis, & in opposito Iouis, erit famosus in illa arte, & habebit hæreditatem proculdubio satis bonam, & quia Luna est in aquario peregrina, & dominus ascendens iunctus domino nonæ domus, itinera longa & multa, & exilia subibit, & quia Mars dominus primæ est cum Sole, vulnera patietur, viuit.

XCI.

XCII




Hæc genitura clarum decernit hominem, cum habeat omnes erraticas primo supra terram, & Iouem in cœli corde ad vnguem. Et humilitas natalium non admodum ex genitura cognoscitur, secundum nostra præcepta. Indicat tamen eam Solis constitutio, cadentis omni modo, & cum cauda. Et eadem cauda obstat, ne insignis aliqui figura, magistratus & potestatem decernat. Sol enim vitalem significat facultatem, honores ac potentiam, & patrem, quæ omnia infirma reddit illius in eo statu constitutio. Ergo scientiam theologiæ, & Mathematicarum, & linguarum Latinæ, Græcæ, ac Hebraicæ, præstant Mercurius cum capite serpentarij, quod naturam refert illi similem, stellula quoque clara de natura Saturni ex signifero, patientiam addit. Et hoc confirmat locus, qui sub Ioue est, Ioue potenti existente. Etenim Iupiter tria per se concedit, vt sæpius dictum est, Diuitias, cum potens fuerit, & in radiis felicium siderum, vt cum in sexta in Piscibus, vel Leone. Potentiam quæ ad religionem pertinet, cum in nono vel tertio loco fuerit. Scientiam, cum iuxta apicem, vt in cœli medio, & in horoscopo, in Tauro vel Capricorno. Quare cum in cœli corde sit, & in nono loco, & in Lunæ aspectu ac Martis, diuitias religionis causa, & scientiam linguarum decernit. Auger disciplinas vultur volans. Dictum est enim, Stellæ, quæ in eadem parte sunt, sed non coascendunt, naturam quidem largiuntur, sed non fortunam. Est verò & alter aphorismus, Cum Iupiter ceciderit, & dominus loci validus extiterit, natus quidem pauper ab initio existens successu temporis ditabitur, est enim Mars loci dominus, in domo sua, in angulo, Iouem sextili aspectu respiciens. Hic etiam adnotanda est præcipua reflexio, translatioque radiorum, Iouis, Veneris, Lunæque ad Martem, vt omnia quadam in violentia constituta esse videantur. Omnia autem mitigat translatio luminis manifesta. Venus enim & Iupiter, lumen Marti validiori deferrunt, nam Mars & in angulo est, & in proprio loco, huius autem lumen vicissim transfert Luna ad Iouem loci Lunæ dominum, quamobrem necesse est, vt inter suos tacitam quandam poten-

tiam obtineat. Scriptum est enim à nobis, cum natura molitur magni aliquid ad potentiam, significatorem in linea cordis cœli collocat, si ad eruditionem, in linea horizontis, si vero ad contentionem in septimo loco. Habet autem cor cœli, & septimus locus, planetam proprium, ille dignitatis, atque hic contentionum. Cumque hic ascendenti sit hostis, non patet insidiis, mendacijs, & calumnijs, non occulta etiam vi, per totam vitam experetur ab inimicis, sed frustra: detectæ enim insidiæ iniuriæ & calumniæ, inimicis in dedecus, detrimentum, & perniciem, propter Martem, vergunt, ipsi verò, propter ascendens forte & Lunam, Venerem atque Iouem, ad gratiam & gloriam conferunt, Item, cum Luna Iouem mutua receptione radiauerit, affluentem præstat bonis vitam, ac diuturnos successus. Vocaturque fortuna sua, hominis priuilegium. At vero Iupiter in cœli cardine, & Venus, & Luna, ascendens respicientes, faciunt splendidum, liberalem, mansuetum, eloquio præstantissimum, blandum, atque comem, gratiisque ornatum. Cumque Luna sit vitæ significatrix, & ascendens, mutuique sese foueant aspectibus, ascendente & Luna validissimis existentibus non est possibile, vt moriatur iuxta nostra præcepta, nisi altero significatorum excusso, atque tunc superueniet morbus familiaris, aut assiduus, quales lithiasis, podagra, & mala habitudo, Scriptum est enim: Cum Saturnus in sexto aut duodecimo loco fuerit, aut carceres, aut morbum perpetuum denunciat. Morbum quidem, cum minime affecerit Lunam: aut ascendens dominam, fueritque in locis mollibus, vt in Tauro, in gaudio Lunæ, quæ in illius exaltatur initio. Et ala Pégasi, prope Saturnum, vt à nobis dictum est in Aphorismis, insignem facit memoriam. Venus autem in signo humano, atque in decano, Musices peritum, ac propter radios Martis, instrumentis musicis delectatum Mars enim, ad instrumenta iurat. Luna in undecimo loco in piscibus, & Iupiter in cœli corde, & Venus in decima, dant filios & filias. Sed generaliter feliciores erunt filix, quia Iupiter cadit in capricorno, & domini loci eius, sunt in signis sceminis, & Venus & Luna, Ioue sunt robustiores. Mercurius in octavo loco, facit turbidum ingenium, attamen acutum. Martis genus erit ex humida causa, & in pectore, quia oppositum Solis, & trigonus Martis, sunt in cancro, & septimus locus, & Luna in humidis signis, & quia Mars est in septima, non erit sine sanguinis mentione, vt in morbo laterali. Concordia in nostra genitura, est propter ascendens propinquitatem, & quia Saturnus illi est, vbi mihi Iupiter & Luna in eodem signo, & Iupiter in corde cœli.

XCIII

XCIII.



Hic in dissectione corporum admirabilis, antiquisque merito comparandus, opus prima inventa scripsit, sanè ad eum egregium, ut negotium penè totum absoluerit, celebris in vita, iam nunc Caesaris medicus, & post fata etiam celebris futurus. Si genitura hæc sua est, ad amissim omnia conveniunt, nam Mars in quadrato Lunæ potentis in octava, studium & agilitatem manuum præstat. Mercurius in trino Ionis, & Venus in quadrato, ingenium mirabile, & facundiam pro artis conditione, imo supra eam, decernunt. Est enim medicus insignis Luna in opposito Solis, memoriam & scientiam, & multos dat hostes, clarum etiam facit: quia nocturna est genitura Saturnus cum corde Scorpii, in sextili Mercurij, ingenium profundum, memoriam, studium. Spica Virginis in corde caeli, gloriam ex arte, quantam quisque alius decet etiam animadvertere Martem aspicere Solem in sua exaltatione existentem, tum Lunam in suo esse domicilio, hæc gratiam apud Principes decernunt, illud solum deest, quod nullus Planeta horoscopi locum possidet, iuxta decreta nostra.


XCIV.



Hic Regulum habuit in corde caeli, & ob id clarissimus fuit temporibus suis. Saturnus in ascendente, pertinaciam cum draconis capite dedit in studendo, unde clarus orator, melissus poeta, eloquentissimus scri-


ptor evasit, ut cum Plinio secundo Cæcilio, epistolis suis feliciter deceret. Mars dominus ascendentis, cum Ioue, in septima, felicem ac perpetuam moram extra patriam decernit. Mercurius optime positus erat in trino ascendentis. & sextili domini illius, Luna etiam in sextili Ionis, in trinoque Solis. Sol etiam in sextili Ionis, & Luna in trino Saturni, omnesque in aqueis signis, gloriam quantam quisque alius, & in vita, & post mortem, donec magna conjunctio in aqueis signis, præstant, gratiaque illum apud Principes evehunt, mirum tamen est, si articulari morbo non laboravit. Mortuus est anno 1509, die 24. Septembris.

XCV.



Scribit hic multa, maxime de re metrica, & nam Luna est in trino Veneris, cum Sole existentis, & Venus fuit in sextili Saturni, & hoc præbet patientiam magnam, & Mercurius in ascendente, facit diligere disciplinas, tamen magis, quia est in sextili Martis, & habet scientiam linguæ Græcæ: multaque in latinum vertit à Græco, maxime dialogos Luciani, & est vir valde diligens, & Venus in ascendente, decernit hominem blandum cum eloquijsuavitare, & sextilis Saturni temperat hoc.


XCVI.



Quia Iupiter, & Venus, & Mercurius, sunt iuxta cor caeli, significant ratione doctrinarum & scientiæ, magnum nomen, & quia

quia sunt in loco peregrino, hoc erit extra patriam, & maxime quia Iupiter est in nona, & quia sunt in loco caeli medij mei, & Luna iuxta locum Iouis, & ascendens nostræ genituræ, Sol etiam, & Saturnus, & Mars, in loco trigonæ radiationis Veneris, Mercurij, & Saturni, in nostra genitura, significavit, quod hoc foret causa nostra, omnes enim Planetæ sui correspondent planetis nostræ genituræ, & quia Luna est illi in ascendente in Tauro, erit robustæ naturæ, & quia Sol est cum ambabus infortunis, accident ei magnæ calamitates aliquando ex quibus in maximo erit vitæ discrimine, fortunarum, & honoris, generaliter tamen fœlix & magni nominis. Natus igitur Bononiæ, a quo adhuc superstitè Mediolanensi, anno 14. perfectio Mediolanum quadam fortuna, literarum, ignarus venit, & nobiscum manens, cum nihil ei esset sic effecit vt 18. anno publice arithmeticam profiteri cœperit, inde Architecturam, Geographiam, Astrologiam sic est affectus, vt existimem hoc æuo, quo 25. explevit annum, nec in his, nec in Mathematicis, parem habere. Græcas etiam & Latinas literas egregie affectus est. Ostendunt hoc illius monumenta, si non violento aliquo casu, cui maxime, vt dixi, subiectus est præripiatur.

XCVII.




Hanc genituram ego posui, quia est exemplum Schonerij, qui nuper edidit librum in hac arte.

Dico igitur, quod Sol in trino Martis, significat iniunctum bello, & quia Luna erat in scorpione damnata, passus est infamiam, quod esset minus prudens, cum tamen nullus alius princeps, melius successoribus suis perpexerit, hoc præstat Iupiter in ascendente retrogradus, & quia cadebat eo in loco, significat, quod esset liberalis, & ob hoc inops inter principes, vicit infinitis in præliis hostes. Cautus, prudens, liberalis. Sed non deducebat negotia ad finem, nulla enim est radiatio præter dictam, vnde est figura debilis. Sol vitæ dator procul dubio, vixit annis 60. Anareta radius Lunæ oppositus.

Tom. V.

XCVIII.



Hanc genituram interpretabimur à Firmico positam, morem Galeni in medicina secuti, qui antiquorum historiam recipit, atque ex ea artem ac præcepta elicit: ne quisquam illud ei possit obiicere, quod experimenta præceptis consequentia elegerit, non præcepta experimentis, est autem hæc sola, quæ a Firmico tradatur satis exquirere: apparet autem hanc fuisse sui temporis: reliquas Platonis, Paridis, ac cæterorum omnino confictas: in quibus etiam quod esse non potest, Mercurius à Sole plus in retro signo abest, quare illi notam non fuisse erraticarum legem, non motuum rationem, palam est vnde nec his partes apposuit. Inde cum solum Iouem Soli iunctum in opposito Saturni dixisset in Virgine existentis: cæteraque huiusmodi quidam erexit caeli schemata planè falsum, nam cum in Tauro Venerem collocet, & Mercurium in Aquario in consimilibus partibus: duo simul admittit impossibilia: alterum, quod Venerem in quadrato Mercurij ponit, quod lex syderum non patitur: alterum quod Venerem plus duobus integris signis à Sole remouet, aut Mercurium plus vno signo, quorum neutrum in æternum vnquam contingere potest. At si Venus in Ariete ponatur, nihil erit quod repugnet nisi litera. Si autem in paucioribus partibus Tauri, tunc & litera stare poterit, & decretum erit verisimilius. Sic vt verba illa (Mars in Aquario, Venus in Tauro, Mercurius in Aquario, iisdem cum Martis partibus) ad Venerem non referantur. Malui igitur sic explicare.

His positis inquit, Pater huius genituræ, post geminum consulatum in exilium pulsus est, ipse vero cuius hæc genitura erat, ob adulterij crimen in exilium datus, post exilio exemptus, Campaniæ primum præfuit, post præfectus Achaïæ creatus, inde etiam Asiæ, postremo omnium Senatorum suffragiis vrbs præfectus factus est.

Quod ad patrem attinet, hoc solum habemus, quoniam ex decretis nostris Saturnus in opposito Iouis & Solis fuit, & supra illos eleuatus, quod fuerit vir inclutus, & quia Iupiter erat in domo sua, quod lege puniretur, missus est autem in exilium, quia vir potēs & magnus.

Sed Venus ascendens respiciens, potens, & illi inimica, & ipse sub Marte genitus, adulteria & omne genus nefariæ libidinis significat

V v

502 De exemplis centum genitur.

significat, at tunc adulteria, non reliqua stupra puniebantur.

Mars vero Mercurio iunctus, in Saturni domo, significabant virum promptum, audacem, indutrium, quibus artibus euectus est.

Quia vero Saturnus ex opposito Solem & Iouem pulsat, honoribus priuari & fortunis declarat, in iuuentute autem ob criminis causam.


Verum Iupiter Soli iunctus, in domo sua, Luna ad amborum trigonum accedente, ingentem fortunam, gloriam, magnos successus decernit, quia partilis est hæc constitutio, id est in eisdem ad vnguem partibus, vt sapius dictum est, præsertim quod Luna est in Cancro.

Saturnus	24	Libræ
Iupiter	30	Leonis retrog.
Mars	9.	Aquarij
Venus	13	Scorpij
Mercurius	3.	Capricorni
Sol	29.7.	Sagittarij
Luna	17.30.	Tauri
Ascendens	19	Cancræ

Iupiter igitur hostis pulsauit Solem trina radiatione & Luna fuit in opposito Veneris, & Luna domina ascendentis, & Mars in septima, & cum hoc peruenit ascendens ad Iouem infortunio affectum.

Et non est homo intelligens in hac arte, qui perspecta hac genitura, non indicaret hunc aliquod magnum facinus perpetraturum, passurumque detrimentum magnum ea ætate, nihilominus quod patrem esset occisurus, hoc dicere non posset adeo constanter. Et ideo recte ille apud Quintilianum declamat, ad tantam scientiam tanque firmam ac exquisitam non posse astrologum peruenire.

XCIX.



Hic cum obiurgantem patrem interfecisset, anno 1541. mense Februarij, capite mæctatus est, Saturnum enim damnauit Mars, infortunia affectus, cum esset cadens, & Iupiter dominus primæ & quartæ combustus, damnabat Solem, & damnabatur, & erat dominus loci, ideo vtrique patris significatores maximo afficiebantur infortunio, & fuerunt cum Solè & Ioue regiæ stellæ tres, omnes de natura Martis.

Et ad hoc facit, quod caput & cor Scorpij, & radij Saturni & Martis, ascendens damnabant, ideo significauerunt malos mores hominis, & mortem violentam.

Accidit ei hoc anno 1541. mense Februarij, id est 31. reuolutione completa, & tunc planetæ fuerunt in reuolutione sic.

C.



Hic eximius Graphicus fuit, qui etiam monumenta suæ artis literis mandauit. Fuit autem Luna cum Nodo cum Sole atque in Iouis quadrato: vero Sol cum Venere, & in Martis sextili. Porro Venus, Sol, Luna in constellatione insigni sex stellarum, quarum quatuor in Orione fulgent, duæ in Auriga, atque ex his tres magnitudinis primæ, reliquæ secundæ, vt toto cælo nullus illustrior locus habeatur: ergo harum stellarum vis maxima, tum errati carum erit. Cæterum, quod ad picturam magis quam ad literas aut aliam artem res ista pertineat, vel ex syderum natura, vel regionis qualitate explorare conuenit. Mortuus est anno 1528.